



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.


About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>






600003343J









FRANC. NIC. TITZE

DE

ARISTOTELIS

OPERUM SERIE ET DISTINCTIONE

LIBER SINGULARIS.

LIPSIÆ,

APUD CAROLUM CNOBLOCH.

P R A G A E,

APUD JOSEPHUM KRAUSS.

MDCCCXXVI.

743.

ENTIT DE JUNE

DE

ALISTOTELIS

OPRUM SERIS ET BILIZIONE

LIBER SINGULARIS



743

DE
ARISTOTELIS.
OPERUM SERIE ET DISTINCTIONE
LIBER SINGULARIS.

μᾶλλον ἂν εἴη πιστὰ τὰ μέλλοντα λεχθήσεσθαι προσηκούσι τὰ
τῶν ἀμφισβητούντων λόγων δικαιώματα· τὸ γὰρ ἐγγύτην καταδικά-
ζεσθαι δοκεῖν, ἦταν ἂν ἡμῖν ὑπάρχοι· καὶ γὰρ δεῖ διατηγεῖς, ἀλλ'
οὐκ ἀντιδίκους εἶναι, τοὺς μέλλοντας ἴαληθές κρίνειν ἰκανῶς.

Aristot. de Caelo I., 10.

Quod inter poetas Homerus, id inter philosophos Aristoteles. Multum Prolegomenis suis de Homero Frid. Aug. Wolfius, vir eruditissimus, philologicis literis nuper proveciore quidem aetate, attamen mature nimis ereptus, meritus est; plus etiam carminum Poetae immortalium exacta recensione, quam summis laudibus docti omnes sunt amplexi. Aequam, et vel maiorem multo curam desiderat atque deposcit sibi Aristoteles, lumen olim severiorum literarum, et, Cicerone teste, qui tamen, haud scio an recte, Platonem exceptum vult, princeps philosophorum, dum recta saneque mente exciperetur, penitusque intelligeretur. Verum mutatis postea rebus, tot seculis festinatum potius quam expensum, et simulatum, quam verum scriptorum eius studium, optimae causae profecto nocuit magis, quam profuit. Ita enim factum, ut, cuius opera prae ceterorum auctorum operibus in scholis celebratissimis tractarentur, is tamen nostra adhuc aetate prae ceteris auctoribus sospitatore indigeat; adeo male habiti sunt eius libri ab inscientibus graecae linguae hominibus Arabis et Latinis, qui versionibus pravis utentes, iisque neglecto textu graeco unice fidentes, effecerunt, ut non modo graeca Aristotelis oratio, nulla omnino, aut perversa adhibita crisi, singulis paene in libris scateat horreatque vitiis innumeris, ex inepta praesertim sententiarum distinctione ortis, sed ne tituli quidem operum tanti auctoris satis agnoscantur, nedum ut libri pro systemate iusto dispositi commode legi possint. Quae cum indelicata atque intolerabilia longo usu animadvertissem

delicta, ne recentioribus quidem operum Aristotelis omnium editionibus raris sublata, cepit me ingens tantae nostrae tamque diutinae secordiae dolor, qui vitreis saepe inhiantes lapillis, auri thesauros abiiciamus, instigavitque, ut qualicumque exemplo meo doctissimos aevi nostri viros e veterno isto quasi excitementem, admoneremque occupationis, non minorem literis utilitatem, quam ipsis in hac re adnitentibus laudem et gloriam allaturae. Suffecerit ad deprecandam invidiam simplex professio, adactum me ad hoc negotium non nullo vani animi pruritu aut impetu repentino, sed consilio diutius perpenso, simulque voto atque optato, ut in ipsis praesertim Universitatibus, quae per tot secula studentes de Aristotele bene mereri, non adeo suo, quam temporum vitio, haud pauca in eo praetermisere, viri complures hisce temporibus, quibus denuo incorruptum et verum et par antiquorum de Philosophi scriptis iudicium, acriorque censura competere videtur, exstarent, qui ansam praebere alii diiudicandi corrigendique, quidquid in auctorem immeritum tanto temporis spatio ubique fere commissum atque perpetratum est. Haud pauca quidem nostris diebus hinc illinc signa apparere melioris in Aristotelem animi ac voluntatis, scriptis quibusdam singulis eius maiore cura studioque critico editis, explicatis, et in recentiores linguas conversis: verum oportet cognoscere nos tandem aliquando, hunc auctorem prorsus de integro esse recensendum, in multis etiam quodammodo restituendum, aliam formam, alium ordinem, aliud systema operum eius omnium esse inducendum, siquidem velimus perspicere atque recte aestimare, quid suis temporibus Aristoteles fuerit, eaeque debuerit. Sed satis proemii, ut ad rem propositam accedamus.

Triplex, saltem cum iniri olim quondam poterit operum Aristotelis adornatio, una quidem, ratio-

ne habita temporis, quo singula quaeque ab auctore conscripta perhibebantur, cuiusmodi quidem et recentiori aevo Samuel Petitus Miscell. IV., 9. ad legg. Att. p. 64., sed frustra, tentabat; altera, ratione consilii, quo scriptor ea edidit partim, partim in commentariis relicta servavit, unde veteribus iam *ἐξωτερικὰ* alia, alia *ἄκροαματικὰ* vocabantur; tertia denique, ratione systematis, quo adornata cuncta tradidisse fertur Theophrasto discipulo, ut eodem ordine a posteris legerentur; quis non miretur, nullam omnino earum omnium ad nos usque satis fidam certamque memoriam aut relationem in veterum scriptis esse servatam. Ac prioribus quidem duabus careamus facilius, modo tertia illa ac potissima dispositionis ratio sufficienter nobis constaret. Verum et hanc nobis invidit maligna illa sors, qua, referente id Strabone Geogr. XIII, 1. (Tom. III, pag. 124, ed. Tauchnic.) postquam Theophrastus porro bibliothecam suam et Aristotelis Neleo Scepsio communi discipulo reliquisset, isque eam in patriam Scepsin avectam ineruditis hominibus, heredibus suis, tradidisset, factum est, ut libri primam inclusi neglectique iacerent, deinceps autem, cum reges Attalici, quibus tum et Scepsis urbs suberat, summo studio conquirerent undique libros ad instruendam Pergami bibliothecam, etiam sub terra absconderentur, quo minus eripi possessoribus possent. Ibi tum libri in subterranea fossa aliqua delitescerent situ et vermibus corrumpentur, donec longo post tempore a posteris Nelei Apelliconti Teio magno argenti pretio venderentur. Is demum Aristotelis Theophrastique volumina, ut tum in lucem protrahebantur, haud dubie inter se et cum aliis permixta, certe lacera et multis locis exesa, secum Athenas asportavit. Sed ut erat Apellico librorum magis quam sapientiae studiosus, id quod Strabonis verba volunt, *φιλόβιβλος μὴλ-*

λον ἢ φιλόσοφος, curavit sibi transcribi libros Aristotelis, fierique nova exemplaria, in quibus partes exesas pro suo iudicio utcunque resarciebat, atque ita Aristotelis opera divulgavit plena vitiorum. Arripiebantur illa quidem a Peripateticis tum temporis tantquam incorrupta, praesertim quod huius scholae sectatores inde a Theophrasto libris Aristotelis, si paucos aëscque exotericos excipias, prorsus fere destituebantur: sed paulo post animadversis vitiis cogebantur sententias magistri hariolari magis, quam ex scriptis haurire. Refert quidem initio huius narrationis Strabo, Aristotelem primum fuisse, qui coeperit sibi instruere bibliothecam, regesque Aegypti bibliothecae constructionem edocuerit; unde conicias, eum fortasse et suorum operum apographa Alexandriam misisse, atque ita verum esse non posse, quod deinde dicitur, post mortem Theophrasti inopes adeo fuisse Peripateticos librorum Aristotelicorum, ut qui suppeditari illis ex Alexandrina bibliotheca potuerint. Sed valde instabilis haec tota coniectatio, sicut quae ex Athenaei Deipnos. I. petatur, ubi Neleus narratur omnem suam librorum suppellectilem vendidisse regi Ptolemaeo Philadelpho, tenendumque videtur, quod Strabo de penuria librorum Aristotelis acroamaticorum apud Peripateticos illorum temporum tam disertè profert. Itaque credibile est, quod et Plutarchus in vita Sullae c. 26. confirmat, per Apellicontem demum latius innotuisse Aristotelis plurima scripta, exque eius recensione descripta ad bibliothecam Alexandrinam, aliasque esse delata.

Commisa autem esse in hac operum Aristotelis, quam Apellico curabat, adoratione ac editione non unius generis peccata, multis argumentis suspicari licet. Nam primum Aristoteles de eadem saepe materia, quod vel ex superstitionibus etiamnum eius scriptis patet, alios atque alios libros composuerat, quo-

rum quidam non nisi in suum usum et tanquam hypomnematici, alii, ut observat Cicero, populariter scripti et propterea publicandi, alii denique limatius ac subtilius, et vel etiam de industria abstrusius elaborati, in commentariis refinendi, nec nisi auditionibus adhibendi, aut etiam penitus ἐν ἀποδρήσει servandi essent. His, sicuti inter se permixti erant, discernendis non mediocri iudicio opus erat. Quid, si diversissimarum rerum volumina invicem traiecta ex illa fossa extrahebantur? Et certè nonnulla integra, plurimorumque partes omnino desiderabantur. Deinde vero Stagirita noster, ut clare perspiciamus, πραγματείας suas, seu, ut Cicero loquitur, disciplinae partes non solebat ita perficere, ut eas sub una communi inscriptione, procedentibus numero libris, quos ipse vocat λόγους, uno quasi spirita ab initio ad finem protinus perduceret; sed quemadmodum fere architecti cum sibi aedificant, facta domus delineatione positisque fundamentis, tempora captant, et pro copia rerum occasioneque nunc hanc nunc illam aedificii partem exstruunt atque adornant, donec domus tota exaedificata, perfecta et exornata appareat, ita ille cum videlicet disciplinam de moribus mentè primum penitus concepisset, delineatione quadam in hypomnematicis scriptis instituta, congestaque silva, coepit deinceps pro re nata vel de iustis seu de iustitia primum, tum fortasse de amicitia, de voluptate, de continentia et incontinentia, iam vero de virtutibus ethice in genere, de intellectus virtutibus, de voluntate et proposito, de felicitate seu beatitudine, de summo bono, de vitarum discrimine ac diversitate, deque aliis eiusdem materiae rebus libros complures perscribere, et vel etiam separatim publicare; verum ex his postea delectu habito, iisque, quos selegerat, apte coordinatis

adhibitaeque transitione connexis, partim integris, partim abbreviatis, aut hinc illinc paulum immutatis, adiecto prooemio et fine, atque nova sic operi forma indita, qua tituli peculiares, etsi retenti, tamen in unum quasi communem coirent, composita demum est illi ab omni parte perfecta quaedam et absoluta *πραγματελα* de moribus, quam utique Theophrasto reliquisse eum putandum est. At nunc tibi cogita, quaeso, huius operis membra disiecta, ac per multa volumina sub peculiaribus titulis dispersa; iam credo advertes, quanta indigeat sagacitate, ut talis confusio partium absque ope auctoris in certum denuo ordinem redigatur. Nec multum iuvabunt te in contextu hic ibi occurrentia verba, sed de his dictum est prius, aut, sed de his agetur postea, et vel etiam si his addatur, in tractatu de iustis, aut, in iis, quae de voluptate, si nescias tamen, quo loco, quo ordine collocarit auctor hos libros, in quos provocat. Unde factum, ut nobis, fortasse iam ab Apelliconte, non modo Nicomacheia, sed etiam Eudemia constructa sint, quasi duplex *πραγματελα* de moribus: nam de libris, qui sub nomine Magnorum moralium feruntur, minus ambigi poterat, esse eos totius *πραγματείας* synagogen seu compendium. Quod autem nunc in Ethicis vidimus, quanto magis usu venire debebat in physica *πραγματεία* et ceteris, in quibus partium ac particularum constituendarum numerus multo maior exstabat.

Accedit ad haec, quod Aristoteles sat multos elaboravit libros, quos communi quidem nomine appellavit, fine tamen et destinatione diversos, quales sunt, qui *μεθαρικοί* et *ἀναλυτικοί*, et *τοπικοί*, et *περὶ ἐπιστημῶν*, *περὶ ἀρχῶν*, et *περὶ κινήσεως* habentur. Nam ex his quidam generalem quandam doctrinam continent, et per se opus peculiare consti-

tuunt; alii speciatim ad certam quandam doctrinam spectant, in cuius serie librorum vel primum vel alium quampiam locum sibi vindicant. In his posterioribus suo loca apte collocandis a viro, qualis Apellico fuit, necessario peccari plurimum debuit. Denique in his, quae ad nos usque pervenerunt, sunt libri aliquot, qui extra certam *προσμίκτησαν* cadunt, fortasse iam ab auctore, ut oportebat, separati, alii haud dubie ab ipso reiecti, alii ne profecti quidem ab Aristotele, sed vel meri aliorum commentarii, vel in supplementum defectorum adiecti: ut nihil de partibus et locis interpolatis loquar, qui certe sunt innumeri.

Sed de his satis interim, ut ad librorum historiam redeamus. Nam illico post Apellicontis mortem, ut narrat Strabo, Sulla bello Mithridatico cum Athenas cepisset, Apellicontis bibliothecam secum Romam transportavit, ubi Tyrannio, grammaticus *φιλολογικὸς τέλης*, demerens libertum, quem Sulla bibliothecae suae praefecerat, in disquirendis ac adornandis his thesauris se occupavit, ut deinceps committi librariis possent. Hic si nobis aliquis dicat, num ipsa simul Aristotelis *ἀνθόλογα*, an sola Apellicontis *ἐπιτάγματα* Sulla Romam transvexerit? Ac libenter quidem prius illud assumerim; sed vereor, ut satis probari queat. Nam quae addit Strabo, bibliopolas, quosdam Romae, scribis negligentibus usus, comparationem seu collationem non adhibuisse, atque ita Romam quoque ad vitiositatem scriptorum Aristotelis haud parum contulisse, possunt etiam de meris apographis intelligi, praesertim cum adiiciat, idem et in aliis libris describendis, qui quidem venam exponantur, accidere solere et Romae et Alexandriae. Ipsum quin etiam tempus inde a fossa aperta, et voluminum extractorum conditio faciunt.

potius, ut credam, Apellicontem post instituta et suo more confecta ἀντίγραφα, libros originales prorsus neglexisse, aut etiam de industria abolevisse, ne sua additamenta detegerentur. Atque quo minus nobis quidquam de ἀντογραφοῖς Aristotelis Romam allatis persuadeamus, illud est imprimis, quod, neque in Ciceronis scriptis ulla huius rei mentio reperitur. Nam quae ille plus uno loco, praecipue tamen de Finibus V. 4. sub persona Pisonis profert, esse Peripateticarum disciplinæ, sicut fere ceterarum, formam triplicem, cuius una pars natura, discendi altera, vivendi tertia, etsi πραγματείας Aristotelis potissimas respiciunt, quas agnovimus omnes in scriptis eius paulo attentius versati, tamen non probant, fuisse tunc fortasse ex ἀντογραφοῖς auctoris feliciter coordinatis factam novam librorum dispositionem, et vel etiam editionem, quae singulas πραγματείας accurate secerneret, ac cuiusque partes membraque quasi ad indicem aut signa quaedam auctoris quam aptissime collocaret. Nisi forte id tales viri, qualis ipse Cicero fuit, suo Marte efficere instituerunt. Nam videntur et quaedam ἐξωτερικά ab iis, quae ἀρχοματικά dicebantur, per se distinxisse, quod patet ex paulo post capite V. occurrentibus verbis De summo bono, quia duo genera librorum sunt, unum populariter scriptum, quod ἐξωτερικόν appellabant, alterum limatius, quod in commentariis reliquerunt, non semper idem dicere videntur. At mox in eodem capite ecce Piso ait: quare teneamus Aristotelem, et eius filium Nicomachum, cuius accurate scripti de moribus libri dicuntur illi quidem esse Aristotelis, sed non videtur, cur non potuerit patri similis esse filius. Quibus quid aliud, quaeso, indicat Piso, quam se nihilo plus posse dis-

cernere Aristotelis et Nicomachi libros, quam nos possumus, quod credo aliter evenisset, si tum Aristotelis *αὐτόγραφα* inspicere poterant. His diligenter adversis prope conficitur, per Sullam non nisi Apellontis *ἀντίγραφα* Romam esse perlata, eaque iam aliquam *πραγματειῶν* formam pro captu restitutoris illius exhibuisse, talem nempe, quae viris doctis non satisfaceret, neque ab Aristotele profecta putaretur; ex eoque tempore Romae quoque vitis vitia esse cummulata, quae cum descriptis exemplaribus passim hinc in cunctas bibliothecas tam publicas quam privatas migrabant.

Aucto hac ratione lectorum Aristotelis numero factum, ut paulo post Graecorum eruditorum unus atque alter exurgerent, de ordine librorum Aristotelicorum, eorumque iuxta certas *πραγματείας* convenientiori dispositione, consilium suum peculiaribus, ut videtur, scriptis interponentes. Ex his celebratur praecipue Andronicus Rhodius Peripateticus, de quo videndus Fabricius *Bibl. Gr.* Vol. III. p. 263 et 464. ed. Harles.; nequiquam tamen satis constat, Aristotelea scripta ille distribuenda in quot et quas *πραγματείας*, easque quo modo concinnandas suaserit. Nam eum et novam editionem curasse, nemo testatur. Nequaquam tamen a vero abhorret, literatos quosdam Romanos divites, qui sibi per liberos ac servos suos describi libros curabant, consilio eius viri esse obsecutos, quod scimus saltem, aliquanto post Plinium mai. physicae disciplinae Aristoteleae non modo plures libros habuisse, quam nos accepimus, sed aliter etiam dispositos: Contulisse in hanc rem aliquid quoque videntur, qui de vita Aristotelis scriperant; in quibus praeter alios imprimis laudatur Hermippus Smyrnen-sis Peripateticus a Josepho Flavio contra Appionem, et saepius a Diogene Laertio. Andronicum ex parte aemulatus videtur Nicolaus Damasc., quem comperimus

Aristotelis τὰ μετὰ τὰ φυσικὰ tentasse redigere in meliorem ordinem; ex quo saltem hoc redit, nequaquam illis temporibus cunctas Aristotelis πραγματικῆς fuisse iam satis constitutas, nedum ut tales viri crediderint ordinem illum, ab Apelliconte inductum, Aristotelem auctorem habere. Mirum vero esse debet, Diogenem Laertium in vita Aristotelis libros quoque eius recensentem prorsus ab omni πραγματικῶν ordine recessisse. Nihil enim aliud refert Index ille Diogenis, quam exscriptum catalogum alicuius bibliothecae, in quo Aristotelis opera, ratione voluminum in certis scriniis compositorum, consignata cernebantur. Nec melioris, imo vilioris notæ est alius Index anonymi scriptoris, cuius editionem Menagio debemus. Sed aliud est adornare libros in bibliotheca et consignare, ut facile depromi possint; aliud disponere opera auctoris diversa quasi ad editionem ab ultima manu, ut lectores dirigantur. Itaque absit, ut perversam eiusmodi operum suorum recensionem Stagiritæ nostri systematica mens, tanquam a se profectam, agnoscat.

Quamquam igitur singulis quibusdam Aristotelis lectoribus in tempus aliquod profuisse consilium Andronici aliorumque huiusmodi virorum credamus, tamen id postmodum cum ipsis eorum libellis neglectum et oblivioni datum videtur, quod bibliopolæ, talium rerum incuriosi, libros Aristotelicos, commodis suis et quaestui prae ceteris inservientes frequentabant, exemplaribus descriptis non πραγματικῶν ratione, utpote nimis voluminosa et parum vendibili (nondum enim nostrae subscriptiones ac praenumerationes usu venerant), sed illâ κατὰ μέρος, qua minora opera et singuli libri atque libelli parabili pretio emtoribus propinabantur. Itaque et post illa tempora inveniebantur, qui illud antiquiorum consilium renovarent, quorum e numero nobis Simplicius ad Categorias Aristotelis nominat Adrastum Aphrodisæum, quem

ait scripsisse *περὶ τῆς τάξεως τῶν τοῦ Ἀριστοτέλους συγγραμμάτων*. Verum de hoc scripto ille nobis praeter titulum nil nisi paucula fragmenta servavit. Sequebantur Aristotelis interpretes Graeci magno numero, quorum qui erant ingeniosiores, sentiebant quidem defectum aptioris *τῶν πραγματειῶν* dispositionis; attamen cum ipsi interpretationis diligentiam non nisi uni fere atque alteri operum Aristotelicorum impenderent, contenti divisione cunctorum in *τὰ μερικὰ, τὰ καθόλου* et *τὰ μεταξὺ*, sicut ex Ammonii Hermeae, Simplicii aliorumque scriptis patet, *κριτεριῶν* opusculorum ac operum mensuram ponebant; aut etiam redibant ad vetera illa, quae meminerant de Aristotele tradi, partiebanturque cuncta in *ὑπομνηματικά* et *συναγματικά*, posteriorumque alia *τοῖς ἐξωτερικοῖς*, alia *τοῖς ἀκροαματικοῖς* accensebant. Ammonius in his singularis, quae vocat *ἐξωτερικά*, putat fuisse *διαλογικά*; *ἀκροαματικά* autem *ἀποπροσωπὰ*. Insuper, quae existimat *ἀκροαματικά*, porro distinguit in *θεωρητικά, πρακτικά* et *ὄργανικά* scripta. Quae quidem postrema partitio utique divisionis characterem sistit, non tamen eius, quam quaerimus, ac multo minus dispositionis. Nam ad hanc praeterea requiritur, ut singulis in quaque disciplina partibus librisque consequentiam locumque suum adsignemus.

Quantum quidem ex residuis Severini Boëthii scriptis elucet, vir ille seculi sui decus in adornandis sibi Aristotelis libris, quorum multos non modo primus latine vertit, ac interpretatus est, sed et suis inventis ditavit, *πραγματειῶν* rationem eandem fere tenuit, quam e Cicerone supra attulimus. Ac, nisi fallor, vidit etiam, praeter tres illas disciplinae partes, quas Cicero posuerat, quartam esse peculiari nomine distinguendam. Eam cum veteres Ethnici verebantur aperto nomine insignire, ac propterea sub ficta inscriptione *τῶν μετὰ τὰ φυσικά* partim occultabant, partim

physicae disciplinae adnumerabant; ille Christianus non est cunctatus ex auctoris voluntate ac nutu Theologiam significare, idque eius nomen in fronte statim operis sui de consolatione Philosophiae vestibus mulieris illius reverendae, quam fingit sibi in carcere consolatricem apparuisse, intextum prodere, cum ait, Vestes erant tenuissimis filis subtili artificio, indissolubilique materia perfectae; quas, uti post eadem prodente cognovi, suis manibus ipsa texerat. Quorum speciem, veluti fumosas imagines solet, caligo quaedam neglectae vetustatis obduxerat. Harum in extremo margine II, in supremo vero Θ legebatur intextum; atque inter utrasque literas in scalarum modum gradus quidam insigniti videbantur, quibus ab inferiore ad superius elementum esset adscensus. Ioan. Murnelius commentator Boëthii non videtur satis perpensis praecedentia verba, quibus Boëthius formam staturamque virginis illius depingit scribens: Nam nunc quidem ad communem sese hominum mensuram cohibebat, nunc vero pulsare coelum summi verticis cacumine videbatur: quae cum caput altius extulisset, ipsum etiam coelum penetrabat, respicientiumque hominum frustrabatur intuitum: nec in sequentibus, quae a me praemissa sunt, acrius vidit, quid sibi in scalarum modum gradus quidam insigniti velint, cum literas illas, quasi nihil arcani habentes, paulo simplicius, alteram *πρακτικὴν*, alteram *θεωρητικὴν* philosophiam interpretatur. Mihi vero Boëthius aliquanto abstrusius per literam II *ποιητικὴν*, non illam, quae proprie ita vocatur, cuiusque Musas paulo post a Boëthio consolatrix illa mulier abigit, quamvis ne hanc quidem omnino excludit, sed *ποιη-*

επιτήν φιλοσοφίαν, quam ipse sic nominat Aristoteles, quamque ut ceterarum artium, ac methodorum, ita et omnis logicae seu dialecticae disciplinae, id est, ut Cicero loquitur, artis disserendi, contemplatricem facit, tum vero simul et consequentem eam proxime *πρακτικὴν φιλοσοφίαν*, i. e. *ἠθικὴν, οἰκονομικὴν* et *πολιτικὴν*, innuere videtur; a qua monstrat adscensum porro fieri ad theoreticas philosophiae partes, *φυσικὴν* et *μαθηματικὴν*, et illam *πρώτην φιλοσοφίαν*, quam designat esse *θεολογικὴν*. Hac enim ratione gradus quidam ab inferiore ad superius elementum dignoscuntur. Atque revera, si recte aestimes, Aristoteles primus inter Graecos theologiae, nempe naturalis illius, fundamenta iecit, per quam solius ope rationis divinum esse numen seu Deum unum, etsi non prorsus cognoscere, attamen plus quam divinare homini liceat. Sed haec ipsa Aristotelis *θεολογικὴ* lucem accepisse per Boëthium putanda est, nec ea, si huius viri scripta cuncta nacti essemus, tanta ordinis disturbance laboraret, quanta premi eam hactenus cernimus. Nunc videmus quidem, quot et quas *πραγματείας* in suo Aristotele Boëthius discreverit; verum operum singulorum ac librorum in quavis disciplinae parte consequentia, ab ipso rectius haud dubie cognita ac statuta, seu potius restituta, nos latet, estque summo labore nostro investiganda.

Multum abest, ut post illa tempora viri eruditiores inter Arabes, qui se in vertendis ac interpretandis Aristotelis libris occuparunt, feliciores in detegendo et aperiendo Stagiritae systemate fuerint, quamvis usi fortasse Codicibus, qui in bibliothecis Alexandriae asservati fuerant. Nihil saltem ad hanc rem melius neque Averrhoes, nec Avicenna neque ceteri contulerunt, ut vel hinc pateat, haud alios fuisse Codices Alexandrinos, quam qui ex Apellicontis recognitione, primum Athenis, postea Romae factis apographis, illó

devenerant: nisi forte aliqui tamen vetustiores, in Analyticis, qui priores vocati sunt, plures duobus, quos sub hoc nomine nacti sumus, ostenderunt libros, quemadmodum iam Diogenis index horum recenset octo, quod nequaquam instiper habendum.

Qui hos deinceps insecuti sunt Aristotelis, ut ita dicam, iurati interpretes Latini longissima serie, partim Doctores Scholastici, partim aliusmodi scriptores, cum plerique eorum Graeca ne intelligerent quidem aut legerent, sed ab Arabica; aut inde facta Latina quadam versione vetustiore penderent, nec fere ultra disserendi disputandique disciplinam, in qua Boëthii versionem adhibere poterant, egrederentur, et, si hoc facerent, interpretandis ac commentandis rebus tanti auctoris pro seculi genio impares essent, hi novum quidem nobis Aristotelem de suo produxerunt, sed talem, qualem se ipse minime agnosceret: de disciplinarum librorumque eius alia quadam, quam acceperant, quamque consuetudo recepta sanxerat, consequentia et dispositione ne somniarunt quidem. Servati tamen sunt inter has tenebras Codices Aristotelis graeci tanquam libri Sibyllini, donec ars typographica Aldi Manutii in lucem eos primum emitteret tanta copia, ut, qui renatis tunc Graecarum literarum studiis ad legendos eos apti essent, Aristotelem genuinum cum nugatore sophisticò illo, quem à Scholasticis acceperant, comparare, aurumque ab orichalco discernere valerent. Secutus erat in edendo Aristotele Aldus consilium Francisci Caballi Brixienensis, cuius et de numero et ordine partium ac librorum physicae doctrinae Aristotelis libellos duos inpressit, factaque est illa operum Aristotelis et Theophrasti editio, quae exiit Venetiis 1495 — 1498 voluminibus, ut assèrit Crevenna, sex in folio; editionum ceterarum omnium scrius diversis locis; tempori-

bus ac curatoribus emissarum, quasi lex et norma, ita ut, quamvis operum serie nonnihil mutata, tamen in librorum ordine et consequentia non nisi Duvallianae demum, idque minus fauste, paucissimis libris metaphysicis aliter collocatis, ab illa recederent. De textu quidem ipso, adhibitis aliis aliisque Codicibus emendatus constituendo, post Aldum complures editores criticos plurimum esse meritos, haudquaquam est infitiandum. Tentaverunt et Guarinus, vitae Aristotelis inter recentiores accuratus scriptor, et Erasmus Roterodamus in Epistolis, scriptorum Aristotelicorum, suo uterque pro genio, quatuor genera distinguere. Verum de convenientiori ordine ac dispositione librorum Aristotelis in quovis disciplinarum genere, earumque partibus, unde tamen omnis doctrinae Aristoteleae iusta ac perfecta cognitio pendet, nemo, quod sciam, adhuc serio cogitavit, si recentissimum editorem V. Cl. L. Th. Buhlium excipias. Is enim primus Aldinae secularumque eam editionum quasi praescriptione acquisitae auctoritati litem movit, duplici tractatu publicato, uno de authentia librorum Aristotelis metaphysicorum, altero, de ordine et consequentia operum Aristotelis in genere, quos vide Germanice scriptos in periodico opere Bibliothek der alten Litteratur und Kunst. Göttingen, 1786 — 1794, viertes und zehntes Stück. Curavit idem mox editionem Aristotelis Biontinam, quae tamen in quinto volumine haesit. Quam si post reditum e Russia continuare potuisset (impedivit autem, ut accepimus, morbus diutius, quem consecuta mors), haud dubie ratione in praedictis scriptis et in Prolegomenis ipsius editionis proposita expedivisset. Quaerendum itaque, num prodita ab illo ratio systematis Aristotelici, quod sequi oportere editorem censebat, adeo sit evidens, ut probari omnino debeat.

Ac recte quidem Buhlius ait, ordinem librorum Aristotelis praecipue ex auctoris ipsius mente, qua certum quendam disciplinarum inter se partiumque singularum nexum atque cohaerentiam sibi praeformarat, tum vero ex occurrentibus indiciis, quibus satis aperte hunc nexum demonstrare solet, denique ab hac criteria deficiunt, ex habitu et colore, quem disciplinarum singularum partiumque λόγοι apud illum referunt, diiudicandum definiendumque esse. Quod quasi universale indicium suum cum deinceps paulo illustrat magis, censet prae aliis colligendos ex scriptis Aristotelis omnes illos locos, in quibus auctor ad sua provocat sive iam perfecta, sive perficienda, transitumque ab uno ad alterum indicat, consequentiamque et iuncturam librorum diversis temporibus elaboratorum, ad eandem tamen disciplinae partem spectantium, nonnunquam prodit: putatque talem collectionem multo accuratorem ac perfectiorem posse confici, quam ea est, quae a Francisco Patritio Discussionum Peripateticarum Tom. I. lib. 3. Basileae, 1581, exhibita legitur. Quibus in cunctis Buhlius me habet facile sibi adstipulantem. At cum mox pergit Aristotelis scripta in classes dividere, facitque primam classem eorum, quae ad speculativam philosophiam pertinent, hancque subdividens in theoreticam et practicam, theoreticae primo loco ponit libros organicos, quibus et rhetoricos cum poetica adnumerat, deinde locum facit physicis universalibus i. e. aereoseos physicae libris, iisque adiungit metaphysicos: tum vero infert practicae philosophiae libros, ethicos omnes, oeconomicos et politicos: hinc secundam classem constituit ex mathematicis, ac nominatim quidem ex libro de insecabilibus lineis, et eo, qui continet Quaestiones mechanicas: tertiam autem classem assignat Naturalis historiae et Physiologiae scriptis sub numeris quindecim; denique in quartam classem redigit

libros hypomnematicos, velut Problematum libros, et de mirabilibus auscultationibus, et de Physiognomonia; suadetque, ut hunc ordinem classium editores Aristotelis sequantur, quo systema ab illo praeceptum appareat, haec, inquam, cum proponit, non possum illi non in pluribus, imo in potissimis, adversari.

Jam enim in ipsa disciplinae Peripateticæ, cuius auctor et princeps Aristoteles fuit, forma Bullium miror non vidisse discrimen, quod intercederet, si eam cum forma recentioris philosophiæ compararet: Haec nimirum recepto more in theoreticam, quae solet praemitti, et practicam, quae sequi solet, dividitur. Verum aliter placebat Aristoteli, nec pauci apud eum sunt loci, quibus aperte declarat, se noti a meta ad carceres, sed a carceribus ad metam decurrere: ad metam enim sedere, qui praemia victoribus dent. Agnovit id vel Diogenes Laërtius, qui praemisso Indice librorum Aristotelis, ubi se accingit ad Philosophiam, quae iis contineretur, exponendam, haud dubie exemplo illorum, qui prius de vita et philosophia Aristotelis scripserunt, quorumque vestigia legit. Duplicem, ait, esse philosophiæ Aristotelicæ rationem, alteram versari circa actus, appellarique *πρακτικὴν*, alteram in intelligentia et speculatione consistere, et *θεωρητικὴν* dici. Vides apud Diogenem praecire practicam; sequi theoreticam disciplinae partem. Cicero, partes magis intuens, quam disciplinam universam, variavit, si eius expositionem in Academicarum Quaest. Lib. I., 5. contendas cum ea, quam habet Lib. V., 4 de Finibus. Boëthius denique acrius, quam ceteri omnes, quos scimus, a poetica Aristotelis philosophia, i. e. vero eius initio, ut supra ostendimus, incipit, deducit nos ad practicam, dein ad theoreticæ proximas partes, physicam cum mathematica, tum vero ad illam primam i. e. supre-

nam theologiam partem, quae auctoris metae respondet. Quem igitur ex his potissimum sequamur? Equidem puto, Boëthium, quippe quem videmus cum Aristotele felicissime consentire. Sed necesse est, ut hoc etiam paulo explicemus latius.

In omni disciplinae parte atque etiam membro observabis Aristotelem procedere a principiis, quae nobis cognita, aut, ut Catoniano verbo utar, cognoscibilia sunt; perpendere autem hinc atque pervenire methodo sive analytica sive synthetica ad ea, quae cum nobis minus cognoscibilia sint, naturae i. e. eius auctori sunt notissima. Id cum ipse multoties planissime dicat; tamen a multis non satis est intellectum atque perspectum. Quidam in singulis quibusque doctrinis hac via progreditur; quidni existimemus idem illum servasse in universa sua disciplina ab initio ad finem? Quid enim rerum omnium aut est, aut videtur homini esse magis notum, quam quod ipse fecit et quasi procreavit? Id autem omne, quidquid sit, artis effectum, et *δυνάμειος ἢ διανοίας* (Metaph. Z, ζ.) i. e. facultatis eius, sive rationis, ut vulgate loquar, productum esse, quis ignorat? Itaque quam appositissime, credo, ab arte artiumque operibus considerandis coepit Aristoteles philosophari, quae doctrinae propterea, et quia pleraeque cum instituenda iuventute exercebantur, τὰ ἐγκύκλια παιδείματα seu *φιλοσοφήματα* audiebant; eratque illi ut simplicissimum, ita primum philosophiae genus, quod artes tractat, quodque idcirco communi nomine *ποιητικὴν φιλοσοφίαν* i. e. philosophiam artium appellavit, cuius loco nos inde a Baumgartenii philosophia, dividentes (ad ne id quidem nove) artem in vulgariam et nobiliorem, seu ad usum vitae et ad oblectationem necessariam, prioris institutionem Technologiam, posterioris theoriam minus apte Aestheticam dicimus. Tractavit ergo Aristoteles generatim primum

hanc disciplinam artium, latiore, quam nos accipere solemus, sensu, quod vel ex Diogenis Indice patet; spectatim autem ac füsius praecipue de iis artibus egisse videtur, quarum opus vel delineatione, vel harmonia vocum et rhythmo, vel denique sermone ac oratione prosaica et metrica constaret, quarumque nobis Poëticae liber unus, Rhetoricorum plures, Logicae vero et Dialecticae si non omnes, saltem potissimi supersunt. Hanc igitur *πραγματικὴν ποιητικὴν*, quo nomine latius strictiusve Aristoteles utitur, recte quidem agnovit Buhlius principem in systemate eius librorum, quod et alii viderunt; sed debebant eam omnes mea opinione in dispositione librorum eorum, quos nacti sumus, ordini a libro de Poëtica, cuius rei hoc ipsum indicio est, quod in eo auctor de linguae seu orationis primordiis grammaticè quodammodo agit; deinde transire ad Rhetoricos libros, tum vero porro ad illos, quos communiter vocamus Organicos i. e. Instrumentales, quod horum doctrinis et artificio tanquam instrumentis egemus ad ceteram philosophiam.

Proximum deinceps locum fecit Aristoteles philosophiae practicae, quae est de moribus, de re domestica et publica. Apertissime enim in his ipsis scriptis declarat, inniti mores naturali quadam animi bonitate, exemplo, et recta a pueris adsuetudine, qua proclives reddamur ad percipienda et colenda praecepta ac ad omnem veram virtutem. Quapropter optat sibi bona ac recta adsuetudine praeparatos auditorum animos, frustra sine hac, praedicans, fore totam doctrinam. Habet ergo ex ipsius sententia omnis practica vita, in agendo consistens, commune quiddam cum ceteris artibus, quamvis sua natura aliud sit *πράξις*, aliud *ποίησις* seu *τέχνη*: id autem commune inest adsuetudini, quae parit *ἔθω* i. e. habitum et constantiam bene agendi. Pulchre igitur

post artium philosophiam sequitur apud eum *πραγματεία τῆς πρακτικῆς φιλοσοφίας*, ad quam veluti manu deducimur prooemio libri primi τῶν *Νικομαχείων*. Perperam his renititur consuetudo recentioris Philosophiæ, quæ et Buhlium a vero ordine hic abduxit. Maior in hac re debet nobis esse vel sola auctoritas Aristotelis, cui, ut egregio doctori, humani animi successivi progressus in philosophando perspectissimi erant, praesertim cum et talis ordo ratione fulciatur. Adgregentur itaque ad hanc alteram *πραγματείαν* constituendam libri omnes, quos superstites habemus, ethici, oeconomici et politici, de quorum aptiore consequentia suo loco peculiariter agetur.

Pergimus iam cum Aristotele ad tertiam eius uberrimamque *πραγματείαν*, quæ tota versatur in consideratione *κερίστας*, quapropter eam τῆς ἀληθείας θεωρίαν appellavit, recteque sic et proprie philosophiam ait definiti initio statim libri primi, quod huc pertinere ostendemus. Habent quidem et priores *πραγματεῖαι*, de artibus, et de moribus, suam theoriam, pulchri videlicet, et boni et utilis etc., sed non est illorum in theoria potissimum finis, sed opera et actiones, in quibus finis. Est autem hæc *πραγματεία* Aristoteli divisione, ut supra diximus, triplex aut potius duplex. Unam enim partem habet *φυσικὴν*, alteram *θεολογικὴν*. Quod vero Physica præstare suum officium non potest absque Mathematica, tertia pars, *μαθηματικὴ*, non tota, sed particulatim, et prout res poscunt, passim ad illustrationem adhibita et quasi intertexta cernitur. Hoc modo Aristoteles iam monstravit, quod nostris temporibus et philosophis Herbartus tanquam novum arripit, mathematicam rationem quousque ad illustrandam philosophiam omnem adhiberi oporteat. Sed in hac tertia *πραγματεία* constituenda Buhlius, quod pace viri defuncti dixerim, multa turbavit, non agnoscens, etiam

in Naturae historia, ut eam per partes tractat Aristoteles, physiologiam semper annectens, inesse theoriam, atque idco non esse segregandos historiae naturalis libros a cetera disciplina, sed deducendam potius esse eam a physicis universalibus seu generalibus, quas auscultationes physicas vocamus, per sequentes partes cunctas. Facile enim est observare, quam sapienter Philosophus a caelo descendat ad terras et animalia, tum vero progrediatur ad hominis naturam, animalem, et quae huic accidunt, cum functionibus omnibus considerandam, donec post interceptos nobis libros complures, quos de historia et physiologia corporum naturalium hoc loco desideramus, transgrediens ad *Θεολογίαν*, attollit se mente, quasi divina supra terras et caelum, quaeritque rerum omnium causam, perterritus ad naturae universae auctorem, conditorem ac praesidem mundi Deum. Nequaquam igitur, mea opinione, libri eius, quos hactenus ex more Metaphysicos appellamus, collocandi sunt illico post physicos universales seu acrasin physicam, sed tanquam terminus totius disciplinae statuendi post omnes physicos, quod credo et illos voluisse, qui primitus hos libros titulo τῶν μετὰ τὰ φυσικά insignierant.

Tres ergo sunt potissimum, aut, si tertiae subdivisionem respicias, quatuor προμνησθῆναι, quibus Aristotelica i. e. Peripatetica philosophia continetur et absolvitur. Pulchre eas iam agere veteres, in his praesertim Boethius, verum et ante illum quodammodo Cicero, omnis disciplinae Peripateticae formam distribuens in partes tres, quarum unam facit de arte, ut ait, disserendi, quam nos partem poëticam, i. e. de artibus agentem et instrumentalem ponimus, alteram de moribus, quam practicam appellamus; tertiam, de natura, cui tamen adhaerere

cernebat illam, quam et ipse tractavit sub titulo; de natura deorum. Haec nobis est de consideranda in rerum natura veritate, et de Deo. Sciendum tamen, posse praeterea, et vel debere unam partem, seu potius congeriem separatim constitui scriptorum Aristotelis eorum, quae nulli earum partium necessario coniunguntur. Ea sunt partim mathematica per se, partim adversariorum more collecta seu hypomnemata, partim Quaestionum aut Problematum specie proposita, et vel iustis etiam commentariis comprehensa, quae tamen, cum iis postea in ipsis disciplinis locum auctor non assignarit, inter seposita censenda sunt.

De locis et quasi formulis, quibus Aristoteles in unoquoque fere suorum operum ad alia scripta sua provocare, et lectorem hinc illinc nunc ad priora, nunc ad posteriora, et vel etiam ad nondum elaborata, sed spe praecipienda transmittere solet, illud tenendum arbitror, esse has formulas provide inter se distinguendas. Aliae enim earum haud dubie scriptae ab illo sunt cum ipsis libris, in quibus habentur: aliae paulo serius intersertae, cum auctor unius *πραγματειας* fibros omnes conferret ac coniungeret: aliae denique quasi ab ultima manu tum primum intertextae, cum *πραγματειας* omnes systematico ordine constitutas traderet Theophrasto servandas; ac hec postremo tempore verisimile est illum et quaedam suorum prooemiorum et epilogorum insuper addidisse. Reperimus in his formulis nimirum etiam aliquas subdititias.

Restat negotium maximum et difficillimum, ut ostendamus, in singulis *πραγματειαις* quemadmodum libri collocandi sint. Nam ipsas *πραγματειας*, ut eas succedere nunc demonstravimus, facile sibi quis vel ope Sylburgianae editionis, qua Aristotelis opera maiora quaeque separatim emissa sunt, pro commodo ador-

narit. Verum de singulis libris, eorumque in quavis disciplinae parte ex mente auctoris aptissima collo-
 catione, controversia gravior, quam sensit et Buh-
 lius, cum e metaphysicis Aristotelis libris excernere
 authenticos, totumque opus aliter constituere magno,
 sed quantum equidem video, irritò labore tentaret.
 Dirimere hanc controversiam, omnesque, quos super-
 stites habemus sub nomine Aristotelis libros tam acri
 iudicio percensere, ut primum authentici segregentur
 a spuris, deinde, qui authenticæ signa præferunt,
 suis locis in unaquaque *πραγμασία* tam apte dispo-
 nantur, ut quivis eruditorum cupiat sibi tradi eos
 hoc ordine editos, voti vereor ut sit magis, quam
 facti. Conandum tamen, ut in hac re aliquid promo-
 veamus, siquidem ab hoc labore feliciter exactio Ari-
 stotelis apud nos fervore novo repetendum redinte-
 grandumve studium, summusque librorum eius usus
 potissimum pendent. Sed in hanc crisin opus vide-
 tur, ut toto Aristotele perlustrato, iteram iterumque
 conferamus libros, quos superstites habemus, cum
 Diogenis Laërtii et anonymi scriptoris, quem Men-
 agius edidit, indicibus. Fortasse tamen ex hac com-
 paratione, modo ipsorum, quos nacti sumus, libro-
 rum lectione affatim instructi simus, redibit inspera-
 to, habere nos quaedam Aristotelis scripta, quæ ha-
 bere non putabamus. Nam rerum, quæ libris qui-
 busque tractantur, accurata cognitio, facile dignoscit
 veros librorum titulos. Haberi autem etiamnum com-
 plura eius scripta sub aliis titulis, quam quibus ea
 insigniverat auctor, ideoque et aliis locis quam oport-
 tebat, sive Apellicontis; sive aliorum peccato collo-
 cata nonnulla, post ea, quæ viris doctissimis in hac
 re diversis temporibus animadversa et prolata sunt,
 dubitari non potest. Ad hanc censuram peragendam
 præterea non parum proderunt hinc illinc occurren-
 tia scriptoris indicia, quibus librorum quorundam con-

sequentiam satis aperte monstravit. Accedet praeterea lux quaedam e perspecta nobis ante totius disciplinae forma, quo certius singularum partium inter se membrorumque nexum ad mentem auctoris pervideamus. Denique in quibusdam et stilus, et habitus colorque orationis similis dissimilisque subministrare poterunt aliqua iudici, qui longam cum Aristotele familiaritatem contraxit. Accingamur ergo ad hanc illustrationem, primumque Diogenis illum Indicem hic apponamus.

I n d e x

librorum Aristotelis ex Diogene Laërtio.

1. *Περὶ δικαιοσύνης.* De iustitia libri 4.
2. *Περὶ ποιητῶν.* De poetis 3.
3. *Περὶ φιλοσοφίας.* De philosophia 3.
4. *Πολιτικῶν.* Politicorum 2.
5. *Περὶ ῥητορικῆς ἢ Ἐρύλλος.* De rhetorica sive Gryllus 1.
6. *Νήριδος.* Nerinthus 1.
7. *Σοφιστῆς.* Sophista 1.
8. *Μενέξενος.* Menexenus 1.
9. *Ἔρωτικὸς.* Amatorius 1.
10. *Συμπόσιον.* Convivium 1.
11. *Περὶ πλούτου.* De divitiis 1.
12. *Προτροπικὸς.* Exhortatorius s. Exhortationum 1.
13. *Περὶ ψυχῆς.* De anima 1.
14. *Περὶ εὐχῆς.* De precatione 1.
15. *Περὶ εὐγενείας.* De nobilitate 1.
16. *Περὶ ἡδονῆς.* De voluptate 1. a.
17. *Ἀλέξανδρος ἢ ὑπὲρ ἀποίκων.* Alexander s. de colonis 1.
18. *Περὶ βασιλείας.* De regno 1.

19. *Περὶ παιδείας.* De institutione puerorum 1.
20. *Περὶ ἀγαθοῦ.* De summo bono 3.
21. *Τὰ ἐκ τῶν νόμων Πλάτωνος.* Ex Platonis legibus 3.
22. *Τὰ ἐκ τῆς πολιτείας.* Ex eiusdem de republica 2.
23. *Οἰκονομικὸς.* Oeconomicus 1.
24. *Περὶ φιλίας.* De amicitia 1.
25. *Περὶ τοῦ πάσχειν ἢ ἀπεπονθέναι.* De passione s. affectione 1.
26. *Περὶ ἐπιστημῶν.* De scientiis 1.
27. *Περὶ ἐριστικῶν.* De contentiosis 2.
28. *Ἀύσεις ἐριστικαί.* Solutiones contentiosorum 4.
29. *Διαιρέσεις σοφιστικαί.* Divisiones sophisticae 4.
30. *Περὶ ἐναντιῶν.* De contrariis 1.
31. *Περὶ εἰδῶν καὶ γενῶν.* De formis et generibus 1.
32. *Περὶ ἰδίων.* De propriis 1.
33. *Ὑπομνήματα ἐπιχειρηματικά.* Commentarii epicheirematici 3.
34. *Προτάσεις περὶ ἀρετῆς.* Propositiones de virtute 3.
35. *Ἐνστάσεις.* Obiectiones & instantiae 1.
36. *Περὶ τῶν ποσαχῶς λεγόμενων, ἢ κατὰ πρόθεσιν.* De his, quae quot modis dicuntur s. iuxta propositionum 1.
37. *Περὶ παθῶν ὀργῆς.* De perturbationibus irae 1.
38. *Ἠθικῶν.* Moralium & de moribus 5.
39. *Περὶ στοιχείων.* De elementis 3.
40. *Ὑπὲρ ἐπιστήμης.* Super scientia 1.
41. *Περὶ ἀρχῆς.* De principio 1.
42. *Διαιρέσεις.* Divisiones s. distinctiones 17.
43. *Διαιρετικῶν.* Divisibilium 1. a.
44. *Ἐρωτήσεως καὶ ἀποκρίσεως.* De interrogatione & responsione 2.
45. *Περὶ κινήσεως.* De motu 2.
46. *Προτάσεις.* Propositiones 1. a.
47. *Προτάσεις ἐριστικαί.* Propositiones contentiosae 4.
48. *Συλλογισμοί.* Syllogismi 4.
49. *Προτέρων ἀναλυτικῶν.* Priorum analyticorum 8.

50. *Ἀναλυτικῶν ὑστέρων* Analyticorum posteriorum
μεγάλων. magnorum 2.
51. *Περὶ προβλημάτων.* De problematibus 1.
52. *Μεθοδικά.* Methodica, s. de tractandis artibus 8.
53. *Περὶ τοῦ βελτίονος.* De meliore 1.
54. *Περὶ τῆς ἰδέας.* De idea 1.
55. *Ὅροι [πρὸ] τῶν τοπικῶν.* Termini Topicorum 7.
56. *Συλλογισμῶν.* Syllogismorum 2.
57. *Συλλογιστικὸν καὶ ὅροι.* Syllogisticum et defini-
tiones 1.
58. *Περὶ τοῦ αἰρετοῦ καὶ* De eligibili et accidenti 1.
τοῦ συμβεβηκότος.
59. *Τὰ πρὸ τῶν τόπων.* De iis, quae ante locos 1.
60. *Τοπικὸν πρὸς τοὺς ὅρους.* Topicum ad defini-
tiones 2.
61. *Πάθη.* Affectiones s. perturbationes 1.
62. *Διαιρετικὸν.* Divisibilium s. de divisione 1. b.
63. *Μαθηματικὸν.* Mathematicum 1.
64. *Ὅρισμίδι.* Definitiones 13.
65. *Ἐπιχειρημάτων.* Epicherematum 2.
66. *Περὶ ἡδονῆς.* De voluptate 1. b.
67. *Προτάσεις.* Propositiones 1. b.
68. *Περὶ ἑκονσίου.* De voluntario s. spontaneo 1.
69. *Περὶ καλοῦ.* De pulchro 1.
70. *Θέσεις ἐπιχειρηματικαί.* Theses s. quaestiones
epicherematicae 25.
71. *Θέσεις ἐρωτικαί.* Theses s. quaestiones amatoriae 4.
72. *Θέσεις φιλικαί.* Theses s. quaestiones de ami-
citiis 2.
73. *Θέσεις περὶ ψυχῆς.* Theses s. quaestiones de
anima 1.
74. *Πολιτικά.* Politica 2.
75. *Πολιτικῆς ἀφροάσεως* Politicae auditionis sicut
ὡς ἡ Θεοφράστου. Theophrasti 8.
76. *Περὶ δικαίων.* De iustis 2.
77. *Τεχνῶν συναγωγή.* Artium compendium s. collectio 2.

78. Τέχνης ῥητορικῆς. *Artis rhetoricae* 2.
 79. Τέχνη. *Ars* 1.
 80. Ἄλλη τέχνη. *Alia ars* 2.
 81. Μεθοδικόν. *Methodicum* 1.
 82. Τέχνης τῆς Θεοδέκτου *Artis Theodecti introductionis* 1.
 εἰσαγωγῆς.
 83. Πραγματεία τέχνης ποιητικῆς. *Tractatio artis poeticae* 2.
 84. Ἐνθυμηματα ῥητορικὰ *Enthymemata rhetoricae de magnitudine s. amplificatio* 1.
 περὶ μεγέθους.
 85. Ἐνθυμημάτων αἰρέσεις *De enthymematum delectu, aut divisione* 1.
 ἀντὶ διαιρέσεως.
 86. Περὶ λέξεως. *De dictione* 2.
 87. Περὶ συμβουλίας. *De consultatione s. consilio* 1.
 88. Συναγωγῆς. *Collectionis scil. rhetoricae* 3.
 89. Περὶ φύσεως. *De natura* 3.
 90. Φυσικόν. *Physicum* 1.
 91. Περὶ τῆς Ἀρχύτου φιλοσοφίας. *De Archytae philosophia* 3.
 92. Περὶ τῆς Σπενσίππου *De Speusippi et Xenocratis philosophia* 1.
 καὶ Ξενοκράτους.
 93. Τὰ ἐκ τοῦ Τιμαίου καὶ *Ex Timaei et Archytae*
 τῶν Ἀρχυτείων. *libris sumta* 1.
 94. Πρὸς τὰ Μελίσσου. *Adversus Melissi dicta* 1.
 95. Πρὸς τὰ Ἀλκμαίωνος. *Adversus Alcmæonis dicta* 1.
 96. Πρὸς τοὺς Πυθαγορείους. *Adversus Pythagoreos* 1.
 97. Πρὸς τὰ Γοργίου. *Adversus Gorgiae dicta* 1.
 98. Πρὸς τὰ Ξενοφάνους. *Adversus Xenophanis dicta* 1.
 99. Πρὸς τὰ Ζήνωνος. *Adversus Zenonis scita* 1.
 100. Περὶ τῶν Πυθαγορείων. *De Pythagoreis* 1.
 101. Περὶ ζώων. *De animalibus* 9.
 102. Ἀνατομῶν. *Anatomorum* 8.
 103. Ἐκλογή ἀνατομῶν. *Selecta anatomica* 1.
 104. Ὑπερ τῶν συνθέτων ζώων. *De compositione animalibus* 1.

105. Ὑπὲρ τῶν μυθολογουμένων *De fabulosis animalibus* 1.
106. Ὑπὲρ τοῦ μὴ γεννᾶν. *De generationis impedimenti* 1.
107. Περὶ φυτῶν. *De plantis* 2.
108. Φυσιογνωμονικόν. *Physiognomicum* 1.
109. Ἰατρικά. *Medicinalia* 2.
110. Περὶ μονάδος. *De monade* 1.
111. Σημεῖα χειμώνων. *Signa tempestatum* 1.
112. Ἀστρονομικόν. *Astronomicum* 1.
113. Ὀπτικόν. *Opticum* 1.
114. Περὶ κινήσεως. *De motu* 1.
115. Περὶ μουσικῆς. *De musica* 1.
116. Μνημονικόν. *De memoria* 1.
117. Ἀποδημάτων Ὀμηρικῶν. *Dubitationes Homericæ* 6.
118. Ποιητικά. *Poëtica* 1.
119. Φυσικῶν κατὰ στοιχείων. *Naturalium secundum elementa* 38.
120. Ἐπιτεθεαμένων προβλημάτων. *Inspectorum problematum* 2.
121. Ἐγκυκλίων. *Liberalium disciplinarum* 2.
122. Μηχανικόν. *Mechanicum* 1.
123. Προβλήματα ἐκ τῶν Δημοκρίτου. *Problemata ex Democrito* 2.
124. Περὶ τῆς λίθου. *De lapide* 1.
125. Παραβολαί. *Parabolæ* 1.
126. Ἄτακτα. *Inordinata* 12.
127. Ἐξηγημένα κατὰ γένος. *Generatim exposita* 14.
128. Δικαιώματα. *Jura* 1.
129. Ὀλυμπιονίκαι. *Olympionicae* 1.
130. Πυθιονίκαι μουσικῆς. *Pythionicae musices* 1.
131. Πυθικός. *Pythicus* 1.
132. Πυθιονικῶν ἑλεγχοί. *Pythionicarum recensus* 1.
133. Νίξαι Διονυσιακά. *Victoriae Dionysiacæ* 1.
134. Περὶ τραγῳδιῶν. *De tragoediis* 1.

135. Διδασκαλῖαι. Didascalīae 1.
 136. Παροιμίαι. Proverbia 1.
 137. Νόμος συστατικός. Lex convivalis 1.
 138. Νόμων. Legum 4.
 139. Κατηγοριῶν. Praedicamentorum 1.
 140. Περὶ ἑρμηνείας. De interpretatione 1.
 141. Πολιτεῖαι πόλεων. Instituta civitatum CLVIII.,
 οὐοῖν·δεοῦσαι·ἐξή- et singularit̄im·democrati-
 κοντα καὶ ἑκατόν, carum, oligarchicarum,
 καὶ ἰδίῳ δημοκρατι- aristocraticarum, et ty-
 καί, ὀλιγαρχικαί, rannicarum.
 ἀριστοκρατικαί, καὶ
 τυραννικαί.
 142. Ἐπιστολαὶ πρὸς Φίλιππον. Epistolae ad Phi-
 lippum.
 143. Σηλυμβριῶν ἐπιστολαί, Selymbriorum epistolae,
 πρὸς Ἀλέξανδρον ad Alexandrum, quatuor.
 πρὸς Ἀντίπατρον ad Antipatrum, novem.
 πρὸς Μέντορα ad Mentorem, una.
 πρὸς Ἀρίστονα ad Aristonem, una.
 πρὸς Ὀλυμπιάδα ad Olympiadem, una.
 πρὸς Ἡφαιστίωνα ad Hephaestionem, una.
 πρὸς Θεμιστογόραν ad Themistagoram, una.
 πρὸς Φιλόξενον ad Philoxenum, una.
 πρὸς Δημόκριτον. ad Democritum, una.
 144. Ἐπη, ὧν ἀρχή, Carmina, quorum initium,
 Ἄγι θεῶν πρεσβυθ' Sancte Deorum, veneran-
 ἑκατηβόλε, de, longe iaculans.
 145. Ἐλεγεία, ὧν ἀρχή, Elegia, quae incipiunt,
 Καλλιτέκνου μητρὸς Formosigenae-matris fi-
 θυγατρ. lia,

Haec est igitur librorum, tractatum, epistola-
 rum ac poematum copia, quam nobis Diogenes Laër-
 tius consignavit, asseverans, nihil esse in his, quod
 non indubitanter ad Aristotelem auctorem referatur.

Videamus iam, quid nobis Index iste, quantumvis confusissimus, in rem, quam nunc maxime agimus, praestare possit. Dirigent nos potissimum numeri singulis operibus et libris ad laevam una serie appositi, procedentes ab 1 — 145, efficientque, ut non solum celeriter ad eos singula scripta in Indice respicere, sed multoties etiam in orationis contextu repetitione titulorum supersedere possimus, dummodo libros quosque sub illis numeris designemus.

Itaque omnis Aristoteleae disciplinae, esto nobis *πραγματεία* seu pars prima *ποιητική*, sensu videlicet latiore, quam sive disciplinam sive philosophiam artium vocemus licet. In hac ex Indice Diogenis, quantum assequi coniectura potest, desideramus ab initio generalia plura. Nam ex mente auctoris haud dubie ducebat ordinem liber sub Nro. 19. de institutione puerorum, cuius tamen potissima, publicae educationi accommodata, in Politicorum libro octavo servata nobis credo. Excipiebant verisimiliter N. 121. Encycliorum seu liberalium disciplinarum libri. Tum N. 52. Methodica seu de tractandis artibus. Demum sub N. 77. Collectio seu compendium artium, nisi potius introductio compendiaria haec appellanda sit ad doctrinam apte disposita.

In singularibus deinceps artibus primum locum occupasse videntur Matheseos elementa, puerili iam aetati, ut auctor ipse in Nicomach. VI., 8. indicat, accommodata, ceterisque disciplinis mirum quantum administrantia. Quapropter huc referendas videtur N. 63. liber Mathematicus et N. 122. Mechanicus, in quibus auctorem de mechanicis maxime artibus egisse censeo. Sitne liber Quaestionum mechanicarum, quem nacti sumus, ex hoc commentationum genere ab Aristotele sepositus, nec ne, quaeri amplius meretur. Coniuncta cum his erat *γραφί-*

xij, utpote delineandi ars seu facultas, de cuius in iuventute necessario exercitio vide, quae nobis deprompta monita in Politicorum libro octavo supersunt.

Ingenuarum deinceps artium tractata cumprimis a nostro philosopho cernitur Musica cum Orchestica et Gymnastica. In earum fronte ponebatur fortasse N. 69. primum omnium ex artium operibus considerandis quasi epascons, deinde vero paulatim et in moribus actionibusque hominum, tum in rerum naturalium divinarumque contemplatione conspicua semperque excelsior doctrina de pulchro, cui succedebat iam illa N. 115. de musica, cuius exquisitissima quaedam adhuc legimus proposita in laudato mox Politicorum libro. Accensentur his merito historici aliquot libri, ut N. 129. Olympionicae, N. 130. Pythionicae musicae, N. 131. Pythicus, N. 132. Pythionicarum recensio. Nec male hic locum suum defendant libelli N. 9. Amatorius, et N. 10. Convivium, N. 137. Lex convivalis, et vetetiam N. 71. Quaestiones amatoriae: modo ne de his iudicent, ut ait Cornelius Nepos in praefatione de vita excellentium imperatorum, qui, expertes literarum Graecarum, nihil rectum, nisi quod ipsorum moribus conveniat, putabunt.

Sequitur iam ars poetica proprie sic dicta. Ad eam pertinere videntur N. 118. Poetica, nondum, ut coniecerim, in iustam artem redacta. Tum N. 134. liber de tragoediis et N. 135. Didascalicae. e. tragoediarum seu dramatum argumenta. Accedebant historica quaedam, ut N. 133. Victoriae Dionysiaca et N. 2. libri de poetis. Critica quoque commentaria, in quibus N. 117. Dubitationes Homericæ. Denique his addita quasi ab ultima manu complectens cuncta systematico N. 83. Tractatio de arte poetica, cuius laudatissimi

operis librum, ut arbitror, primam superatitem habemus. Diogenes huic operi duos assignat libros. Plutarchus tamen alicubi laudat eiusdem operis librum tertium. Junxit autem poëticae, ut ex servato nobis libro patet, grammatica quaedam de elocutione primordia, sed ut in his quoque philosophum agnoscas. Non adnumeraverim superioribus libris poemata ipsa, quae Aristoteli tribuuntur; nullam enim faciunt disciplinae partem.

Ordiantur hinc libri ad partem rhetoricam attinentes, N. 5. De rhetorica Gryllus, N. 6. Nerinthus, utque videtur, etiam N. 8. Menexenus. In his prima huius artis specimina dedisse Aristotelem coniecero. Sequatur N. 79. Ars, et N. 80. alia Ars, nisi forte haec duo scripta non de arte rhetorica, sed de arte in genere suspicemur egisse, ut illis ab initio totius *πραγματεως* de artibus locus inter generalia potius sit assignandus. At indubitanter huic referuntur N. 78. Artis rhetoricae libri duo, et N. 82. Artis Theodecti introductionis unus, quem, credo, nacti sumus sub titulo Rhetoricae ad Alexandrum, ut paulo inferius ostendetur. Adgregantur iam libri, interea, dum illi ederentur, in exercitiis rhetorica conscripti, quales sunt, quibus continebantur N. 46. et N. 67. Propositiones, N. 85. De enthymematum delectu aut divisione, N. 84. Enthymemata rhetorica de magnitudine seu amplificatione. Porro N. 70. Theses seu quaestiones epicherematicae, N. 33. Commentarii epicherematici, N. 65. Epicherematum libri. Connumeraverim praeterea rhetoricis tractatibus N. 25. de passione seu affectione, quamvis tractatus iste latius patuisse videtur: N. 31. de (orationis scil.) formis et generibus, N. 37. de perturbationibus irae, N. 61. Affectiones seu per-

turhationes, N. 87. De consultatione, N. 59, de meliore, N. 128. ex parte saltem Iura. Deinde, quae elocutioni inscribunt, ut N. 86. de dictione, N. 12. Exhortatorius, N. 14. de precatatione, N. 32. de propriis acil. nominibus et verbis, N. 35. Obiectiones seu instantiae, N. 44. de interrogatione et responsione, N. 125. Parabolas, N. 136. Proverbia. Ac possent quidem facile plura huc trahi (quid enim non subiacet eloquentiae?), sed abstinendum ab illis, quae alibi magis locum sibi deponent. Illud tamen mihi persuasissimum, post cuncta haec enumerata tum demum conscripisse Aristotelem opus illud systematice de arte rhetorica tribus libris comprehensum, quod in Indice N. 88. sub titulo συγγράμμα i. e. Collectionis consignatum cernimus. Misit hoc una cum aliis libris, partim suis, partim aliorum de arte rhetorica, ad Alexandrum, etque id, credo, illud ipsum opus, quod, ut de hac arte absolutissimum, feliciter nacti sumus. Huic itaque operi praeposendam esse Epistolam illam Aristotelis ad Alexandrum, quae hodie in fronte dictae Rhetoricae ad Alexandrum legitur, acuta iudicavit retexens Hardionis telam Garnierius, cui quidem facile assentior. (Vide de hac re Mémoires des Inscriptions XV., et Histoire et Mémoires de l'Institut royal de France. Classe d'Histoire et de la Littérature ancienne. Tom. II. 1815. pag. 44 — 80.) In eo tamen ab utroque recedo, quod Epistolam illam cum adiectis libris missam putem ad Alexandrum, non cum is in Asia esset, sed aliquanto prius; deinde, quod singularem illum, quem cum hac Epistola accepimus, rhetoricae librum, existimem esse Aristotelis ad Theodectem, non, ut illi arbitrantur, Coracis. Nam Coracis una missam ad Alexandrum artem credo nobis deperiisse, sicut ceteros peculiares περί τῆς αἰῶν πολιτικῶν καὶ τῶν

δικασίμων παραγγελλόμενων tractatum Rhetoricos, de quibus in Epistolae sine mentio fit.

Devenitur ad artem logicam, i. e. ad ipsum Aristotelis inventum et quasi regnum. Aperuisse mihi autem huius artis palacstram videtur cum libro N. 26: *περὶ Ἐπιστημῶν* i. e. de scientiis, quem fortasse insequēbatur N. 81. Methodicus. Iam deinceps recte ponentur, quos habemus, N. 139 et 140, Prædicamentorum et de Interpretatione libri. Accedere his non incommode posset N. 36. De his, quae quot modis dicuntur, seu iuxta præpositum, quem librum, ut autumno, inter metaphysicos ex ordine veterum A, i. e. quartum, saltem excerptum, possidentus. Porro N. 30, de contrariis, cuius libri usum item observamus in aliquo Metaphysicorum. Sequi videntur N. 43. a. Divisibilem liber, quem distinximus ab alio, similis inscriptionis, serius collocando: et N. 42. Divisiones seu distinctiones septemdecim, quae fortasse non tot libris, sed uno continebantur. Iam pergamus ad N. 48 et 56., in quibus Syllogismi et doctrina de Syllogismis tractata prorsus respondere videntur libris, quos accepimus, Analyticorum priorum duobus. Sed affert Diogenes N. 49. Analyticorum priorum libros octo; interpretis autem eius latinus novem, et Stephani editio decem, de quo errore serius in digerendis libris metaphysicis dicemus. Nunc ex allatis petius censeamus, Aristotelem etiam in hac arte Collectionem fecisse, et quidem duplicem, in quartam prima sub nomine Analyticorum priorum cuncta, quae hactenus enumeravimus, cum nostris Analyticis prioribus concludēbantur. Ad alteram collectionem spectabant libri sequentes, ni fallor, N. 40: *ὄντο ἐπιστήμης* i. e. Super scientia, N. 62. b. De divisione seu divisibilem, quem distinguendum dixeram super-

19. *Περὶ παιδείας.* De institutione paucorum 1.
20. *Περὶ ἀγαθοῦ.* De summo bono 3.
21. *Τὰ ἐκ τῶν νόμων Πλάτωνος.* Ex Platonis legibus 3.
22. *Τὰ ἐκ τῆς πολιτείας.* Ex eiusdem de republica 2.
23. *Οἰκονομικὸς.* Oeconomicus 1.
24. *Περὶ φιλίας.* De amicitia 1.
25. *Περὶ τοῦ πάσχειν ἢ ἀποθνήσκειν.* De passione & affectione 1.
26. *Περὶ ἐπιστημῶν.* De scientiis 1.
27. *Περὶ ἐριστικῶν.* De contentiosis 2.
28. *Λύσεις ἐριστικαί.* Solutiones contentiosorum 4.
29. *Διαιρέσεις σοφιστικαί.* Divisiones sophisticae 4.
30. *Περὶ ἐναντίων.* De contrariis 1.
31. *Περὶ εἰδῶν καὶ γενῶν.* De formis et generibus 1.
32. *Περὶ ἰδίων.* De propriis 1.
33. *Ὑπομνήματα ἐπιχειρηματικά.* Commentarii epicheirematici 3.
34. *Προτάσεις περὶ ἀρετῆς.* Propositiones de virtute 3.
35. *Ἐνστάσεις.* Obiectiones & instantiae 1.
36. *Περὶ τῶν ποσαχῶς λεγόμενων, ἢ κατὰ πρόθεσιν.* De his, quae quot modis dicuntur s. iuxta propositionem 1.
37. *Περὶ παθῶν ὀργῆς.* De perturbationibus irae 1.
38. *Ἠθικῶν.* Moralium & de moribus 5.
39. *Περὶ στοιχείων.* De elementis 3.
40. *ὑπὲρ ἐπιστήμης.* Super scientia 1.
41. *Περὶ ἀρχῆς.* De principio 1.
42. *Διαιρέσεις.* Divisiones s. distinctiones 17.
43. *Διαιρετικῶν.* Divisibilium 1. a.
44. *Ἐρωτήσεως καὶ ἀποκρίσεως.* De interrogatione et responsione 2.
45. *Περὶ κινήσεως.* De motu 2.
46. *Προτάσεις.* Propositiones 4. a.
47. *Προτάσεις ἐριστικαί.* Propositiones contentiosae 4.
48. *Συλλογισμὸς.* Syllogismi 1.
49. *Προτέρων ἀναλυτικῶν.* Priorum analyticorum 8.

simili esset. Apud Diogenem permixta continentur, nunc membra, nunc tota corpora operum, ut pro-
 ceus convinctaria; esse eius Indicem nihil aliud, quam
 ut supra diximus, hincius bibliothecae catalogum, in
 quo consignata reperiebantur volumina Aristotelis or-
 dine, quo voluptinum coemta, vbi alia quacunque
 sorte paulatim ad eam bibliothecam delata erant.
 Quod ipsum potest, ad quae nunc pergimus, magis
 etiam confirmabitur.

Succedat iam Aristotelis altera *ἠθικὴ ἀπομυθεύουσα*
ἠθικὴ, quam disciplinam de moribus, de re fa-
 miliari et de republica vocamus. Ad eam partem,
 quae est de moribus, in Diogenis Indice spectare vi-
 dentur, N. 1. De caupitia libri 4. N. 15. De
 mobilitate 1. N. 16. De voluptate 1. a. N. 20.
 De summo bono 3. N. 24. De amicis 1.
 N. 34. Propositiones de virtutibus 3. N. 38. Mo-
 ralem 5. N. 54. De iustitia N. 58. De eligi-
 bilibus et accidentibus 1. N. 66. De voluptate 4. b.
 N. 68. De voluntariis 1. N. 72. Quaestionibus
 de amicis 2. N. 74. Politica 2. N. 76. De
 iustis 2. Exhibent tibi de iudiciis hos libros so-
 vandum Indicis semper occurrentes, ut perspicias, quam
 in his disceptis et dissipata doctrina de moribus ap-
 pareat; cuius dispersionis causam in iis, quae ante
 de huius Indicis confectione praeparata sunt, agnoscere
 licet. Iam si quis nobis omnes huc libros tradat in
 manus, tamen, credo, Aristotelem foret opus ad con-
 tinuanda tum varia membra, sive ea in unum, si
 possint, opus, sive in duo, sive etiam in tria opera
 distribuas. Atqui ex his tria de moribus opera sub
 Aristotelis nomine constat nos accipere, nempe ceti-
 cum opus ad Nicomachum, alterum ad Eudemum,
 tertium quod Magna moralia tunc passus. Itaque et
 verisimile, si non plura, saltem unum horum operum
 ab Aristotele, compositis scripsit, atque connexis libris,

quos singulatim primum ediderat, esse sic constitutam, ut habemus. Ac mihi quidem, cuncta considerans, videtur ille primum omnino continuisse libros tres de vita beata, seu ut apud Diogenem N. 20. inscriptos, certissime, de summo bene, i. e. *μακρὴν γάλαξιν*, cum libro N. 24. de amicitia, qui ipse fortasse ex ibidem N. 72. adductis Quaestionibus de amicitia, quam origines traxit, in titulum ethicum opus, quod sub inscriptione Ethicorum ad Eudemum ad nostra usque tempora pervenit; idque, mihi fallor, illud ipsum est, de quo Cicero Fin. V., 5. init. Pisonem loquentem inducit, quamquam ibi nulla mentio nominis Eudemiorum, nec utique certum, inscripsitne Aristoteles statim hoc opus Eudemo Rhodio, familiari ac discipulo suo, an seriem titulo nomen istud additam sit. Illud tamen perquam certum habeo, non constituisse hoc opus, ut ex manibus Aristotelis exiit, nisi quatuor illis potissimum, quos indicavi, libris. Verum in conformatione horum librorum ad integrum quoddam ethicum opus illud haud dubie studuit auctor, ut doctrinae de vita beata coningeret necessaria quaedam non modo ex aliis hinc facinibus libellis, velut de Ideā, tum ex illis praecipuis, qui Propositiones de virtute contingant, porro ex illis de eligibili, et accidenti, de voluntaria, de voluptate etc., sed etiam respiceret nonnquam libros ad *πραγματικὰν* praecedentem, nempe *ἠθικὰν* pertinentes, ex hisque appetitissimas quaeque referret, de quibus ibi fusius ageret. Eodemque praerogato modo doctrinam in adnexo libro de amicitia tanta circumspectione tractavit, ut simul inaequaret amicitiae iustitiam, et amorem, de quo, ut videmus, prius peculiarem libellum Amatorium et Quaestiones amatorias scripserat, amo et benevolentiam cum concordia et probitate, aliisque nonnulla his iungeret, qui-

bus id, quod humanum summum bonum vocamus, perficeretur, integraque quaedam de moribus doctrina hoc opere conclusa sisteretur. Debebat autem opus istud ex mente scriptoris populari sermone quodammodo proponi, quoniam id, ut ipse declarat statim in limine, non tam ad cognoscendam penitus virtutem, quam ad eam acquirendam et vitae negotiis adhibendam potissimum spectabat. Id quod non agnovit sive Apellico, sive, quisquis is fuit, qui serius opus hoc perfectissimum pro suo ingenio conatus ampliare, post tertium librum interfecit alios tres, desumptos ex Ethicis Nicomacheis, utque suum artificium obtuleret, ausus est in veris libris hic ibi, ut II., 10. fin. et 12. tam III., 4 fin. et 9. praecipue tamen in fine libri IIIi adglutinare de suo quasdam provocandi formulae, quibus lectorem in adventitios illos tres libros suspensum haberet. Verum illam Aristoteles ipse sibi propriis aliis indubitataeque eiusmodi laudationibus, ut III., 6. ubi lectorem ad alios libros i. e. ad aliud opus ablegat, interpositis, quae adulteratorem fefellerunt, fraudulentae temeritatis coarguit; qua de re alias peculiariter agemus. Hoc loco sufficiat nobis, mirari dormitationem Bahii, qui in vita Aristotelis a Diogene scripta, ut eam editioni Aristotelicorum operum Bipontinae Vol. I. inseruit, pag. 19. recepit etiam post adductum apophthegma, *ὅτι φίλοι, οὐδεὶς φίλος*, verba sequentia, *ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ ἑβδομῃ τῶν Ἠθικῶν ἐστὶ*, quasi Diogenis verba genuina, quibus diceret, effatam illud Aristotelis reperiri quoque positum in Ethicorum libro septimo. Nec satis: in Notis quoque ad hunc locum pag. 36. multus est in constituendis quam rectissime his verbis, quae Menagius ex Cod. Palat. retulerat; cum tamen ea nihil sint aliud, quam glossa auctoris cuiusdam lectoris Diogeniani, quae postmodum ex margine in textum illata est. Quomodo enim, quae-

vo, Diogenes loqui poterat de aliquo septimo libro Ethicorum Aristotelis; cum in eius Indice nullum allatum sit opus Aristotelis ethicam, quod septem libris constaret? — Sed quia nos Eudemiorum ethicam opus tribus post tertium libris inaccessis, aut potius interpolatum, adeoque septem libris constans accepimus; utque in septimo horum cap. 12. ibi de multitudine amicorum effectum Aristotelis occurrat, hinc error et male sana persuasio, quasi tamen Diogenes de septimo isto Ethicorum libro loqui potuisset. Verum nugae hae sunt canore, quas nos ne moveant, quo magis credamus, Aristotelem Eudemii esse septem, quam quatuor libris abdidisse. Recitaturque ergo pulcherrimo operi suam antiquam formam, scilicetque, habere nos in eo simul Aristotelis, quamvis fortasse partem immutatas, libros de sancto bono, seu de beata vita, quos haberi iam scriptis omnino putabamus, quosnamque ipse primus, ut fallor, Metaphy. I, β. laudat dicens: *εὐδαιμονία γὰρ ἡ ἀστυρομένη ἐστὶν ἐν τῷ περὶ τῆς τοῦ ἀγαθοῦ.*

Pulchra profecto Eudemii, sed longe pulcherrima Nicomacheia, ad quaevis constitutionem aliquanto serius accessisse Aristotelem puto. Praeterea in hunc finem, ut fallor, elaboratis librorum quinque de moribus, Ind. N. 38, quibus, quae Eudemiorum praeceptis aliis libris tractantur, multo copiosius, luculentius, ac limatius exposuit, addita imprimis libro quinto doctrina de iustitia, quam e sex primis N. 1. et N. 76. conscriptis libris hic in arctam contraxit, unumque mirifica arte subaspectum posuit. In his quinque libris, ut ea accipimus, primus a secundo non videtur apte distinctus. Apparet enim, a libri primi cap. 43. incipere iam librum secundum. Adhuc autem pro libro sexto de mentis seu intellectus virtutibus peculiari-

ter agensque, ad quem, ut existimo, multa iam prae-
 paraverat in libro N. 13. de anima, et praeterea
 N. 23. in Quaestionibus de anima, quamvis
 hii libri non toti huic pertinerent, sed, ut videbitur,
 alibi recte sint collocati. Verum quae, ex illis ad
 moralem disciplinae partem maxime spectabant, ea
 deprimam nunc auctor, et in librum Nicomacheorum
 sextum redegit. Accessere insuper libri septimus de
 herouina virtute, continentia, temperantia
 et harum contrariis; liber octavus, et nonus, de
 amicitia, de concordia, de benevolentia, et
 amore sui; denique liber decimus, de voluptate,
 et de honestitudine, ad quae quaeque in ceteris libris
 ad moralem disciplinam pertinentibus, quae supra
 singillatim memoravimus, vel vel etiam in aliis, quae
 respexerat, plurima illi certa fuerant, praecipue ac
 praevia, quibus nunc relictis, linea formata, tradidit
 convenientissimam. Huiusmodi praecipue huius
 operis quod Nicomache filio inscriptis; praecipue tale
 precensium, quo sentias auctorem proxime venisse a
 doctrina ceterarum artium ad disciplinam moralem;
 saluberrimaque operis, epilego nunc hoc, ut prospicias,
 transitarum illum esse ad doctrinam, de re familiari et
 de republica.

Huiusmodi tentum opus ethicum, quod sub titulo
 Megaronum moralium accipitur, de quo, etiam supe-
 rius iam opinionem nostram aperimus, tamquam paulo
 curatius hic disputandum videtur. Et hoc illud com-
 pendium, Eudemiorum sicut ac Nicomacheorum, non
 facili quisquam rei peritus in dubium vocaverit. Nec
 vero de negotium erat, operarum duo, nihil in se su-
 pervacua habentis, contrahere in aptiorem formam.
 Quid, quod ne recte quidem abbreviatarem eolum di-
 casy, quae nova saltem aliqua, tametsi non adeo mul-
 ta, inoperit. Nam quaedam Eudemis adhas dubi-
 tate profertur, in Nicomacheis assertine quidem,

non tamen pro rei gravitate satis luculentè propositum venitur, moralem doctrinam naturæ, sua nihil esse aliud, quam partem est, quidem partem initialem doctrinæ civilis seu politice, id Magna moralia plurimè atque in ipsa fronte præstantur. Quocirca haud gravem, sed modo, cum Diogenes in Indico Magnorum, moralium libros nullos adducat, Politicorum, quos N. 4. duos libros, et aliquando savius N. 7. sub titulo Politicæ aequa libros duos contiguit, si, inquam, hos potentes non alios, quam nostros Magnorum moralium libros esse existimemus, præcedentia, quod cominus Aristotelem de Ethicis suis, quandoque sic loqui: *ut est ἐν περὶ ἀρετῶν, ἠθικῶν* appellat. Idcirco et illa Politicæ, uterque nonnumquam libris ad doctrinam Aristotelis moralium spectantibus: cum de illis alteris Politicorum libris, hanc alia opinio mea est. Nec putæ verum esse nomen *Ἠθικῶν τῶν μεγάλων*, nisi substitutionem *εὐλόγησθαι*, quod profecto cogitare debuit, quibusque illis citandi specter existimetur nisi forte velle ipsorum librorum, amplificationem illis verbis exprimeam, quod utique plerumque et simplex, ut non dicam, pusillum, fuit. Nihil igitur obstat, quo minus hos, opus vel Aristotelis ipsius, sicut esse arbitremur. Attamen, cum videam, Ciceronem post alios iam inclinatum ad illam opinionem, quasi aliquod opus ethicum, quod, quidem sub nomine Aristotelis ferretur, non cum ipso, sed filium eius Nicomachum auctorem haberet, qui hoc Moralium magnorum compendiarium opus Nicomacho tributum velit, facile habebunt, meo assensum. Nam et Plotinum seu potius Ciceronem influens, hęc compendiosa præter Ethicæ ad Nicomachum, præterdum est, cum de Fin. V., 5. sic loquitur: *Quare tenemus Aristotelem et eius filium Nicomachum; cuius accipere scripti de mori-*

bus libri dicuntur illi quidem esse Aristotelis: sed non video, cur non potuerit patri similis esse filius. Convenienter itaque poterat Aristoteles τὰ περὶ τὰ ἥθη πολιτικὰ dicere, sive de suis Nicomacheis, sive de illi compendiarie opere loqueretur, quoniam illa finitio utraque fortè communitis esset. Similis autem patri filius verissime dicitur, qui patria scripta, sibi prae ceteris dicata, tamen faciebat, ut ea potissimum in epittumem et quasi *εὐχαρίδιον* redigens, patrem non modo cederet ac imitaretur, sed pro sua aetate quodammodo etiam consultantur studeret. Id quod per Pisone[m] Marcus Cicerone Lucio Ciceroni patruelli, qui sermone tum adolescentulus intererat, tanquam exemplum prope maiorem cupiebat. Praefat et nobis, credo, haec pietas, hoc studium Nicomachi: nam ad ductum eius compendii restitui facilius ordo didicitorum voluminum est librorum in patris maiori Ethicorum opere putrat sive ab Apollonio, sive ab aliis; tametsi quoque nata fortasse inde apud nonnullos opinio, quae maioris operis auctor Nicomachus fuisse.

Ab ethico Aristoteli transitur felicit ad doctrinam de oeconomis et de re politica. Oeconomicis libris ex Ind. Diogenis accensandi N. 23. Oeconomicus et N. 11. de divitiis, quibus ex parte saltem respondent illi duo oeconomici, quos accepimus. Videntur autem hi fuisse hypomenastici, quoniam characterem apertissime secundis prae se ferunt. Ex illis autem postea, re aliis deliberata, prodit auctori Politicorum seu politicae artis liber primus, qui resque oeconomicus est, demonstratque, ut illum voluisse collocatam doctrinam de re domestica, ut tanquam intermediam inter Nicomacheis et politicam accensam intercederet.

Politica doctrina deposcit sibi ex Indice Diogenis sat multos libros, quarum alii iam a veteribus

inter hypomnematos ponebantur, veluti N. 141: *Instituta civitatum GLVIII.* etc., alii his merito a nobis recenseri possunt, veluti N. 21. et 22. *E. Platonis de legibus et de republica excerpta*, seu collectanea; et vel etiam N. 128. *Eura*; quem librum supra iam partim ad *Rhetorica* retulimus: sed sunt aliquot scripta in Indice, de quibus ambigas, ubi locum sibi potissimum vindicent, quia pluribus doctrinis, utpote *Collectanea*, inserviant. Alii libri doctrinae politicae partes tractant, veluti N. 17. *Alexander seu de colonis*, et N. 18. *De regno*; quibus similiter ex parte *Admirationes de superioribus* N. 1. 11. 15. 87. At alij, ex his omnibus ducti, instam plenamque rei politicae tractationem exhibent, veluti N. 75. *Politicae auditiones*, quod opus longe praecellentissimum fortunato nacti sumus. Levius itaque damnum fecimus in *dependit*: N. 4. *Politicis libris duobus*, quos suspicer. aut *συναγωγή* maioris illius operis ex more Aristotelis, ut fere in omnibus doctrinis observavimus, concinnatam fuisse, aut etiam aliquanto plus comprehensisse. Nam praeter *Acroasin politicam* scripsit Aristoteles et. de legibus opus satis amplum N. 138., quod quasi alteram partem politicae doctrinae effecisse videtur. Itaque credibile sit, illam *συναγωγή* utriusque operis atque adeo totius doctrinae politicae compendiarium rationem esse amplectam. Non dubitem praeterea, *Epistolas ad Philippum*, quas Diogenes N. 142. adducit, et *illas Selymbriarum epistolas*, quas sub hoc fide haud dubie titulo ab Aristotele conscriptas ibidem in *Indice* N. 143. invenimus, ad hanc doctrinam vocare, quamvis et una earum, et quidem postrema, ad *Democritum* scripta occurrat. Imo haec vel maxime probaverit, communem illam titulum fictione prognatum, sub quo liberius aliquanto videtur Aristoteles de

Graeciae ac Macedoniae tum temporis statu politico cum demortuis confabulans egisse. Ac fortasse recte viderunt, qui ex praecedente numero 641. verba, Separatim autem democratiam, oligarchiam, aristocratiam et tyrannidem depingentes coniunxerunt cum verbis sequentis numeri 142. epistolae ad Philippum. Sed haec interim de omni *πραγματικῇ* Aristotelis practica a nobis dicta sufficiant, unde satis patet, potissimum huius partem librorum praeter spem nobis esse servatam.

Dissereendum hoc loco nobis foret de Aristotelis libris *πρὸς φιλοσοφίας*, quos refert Diogenis index sub N. 3., si temporis, quo singula opera conscripta ab auctore sunt, rationem sequeremur magis, quam systematis operum omnium ab eo instituti. Nam antequam se ad elaborandos physicos libros accingeret, apparuit ab eo confecta esse libros, illos de Philosophia, ad quos deinceps in Physicis saepius respicit. Eos tamen, ut inferius ostendemus, non edidit statim, sed in commentariis reliquit, nec nisi selectis discipulis explicavit; editos deinde etiam auxit, aliterque constitutos Physicae suae tanquam colophonem imposuit. Hinc exspectandum, dum nos operum systematica ratio ad illos quoque eius libros deducat, inter quos, et eos, quorum seriem hactenus percensuimus, alios plurimos intercedere necesse est.

Igitur tertia nobis iam Aristotelis *πραγματικῆ* iustranda, *φυσικῆ*, id est, de rerum natura seu veritate cum historice tum theoretice tractata doctrina; cuius in Diogenis indice coacervata librorum maxima vis atque turba genium natumque ordinantis adusque magnopere desiderat. Plurimis sane auctori ad hanc doctrinam bene concinnandam opus erat primum Collectaneis, Excerptis ac Disquisitionibus criticis institutis. Ex hoc genere sine controversia sunt libri, quos una serie a N. 91. ad N. 100. recensitor cernit.

los novit, hunc librum N. 41. sub inscriptione *περὶ ἀρχῆς* i. e. de principio scilicet physico habet, videturque ista inscriptio imposita primitus ab Aristotele usurpataque, donec, ut ipse cap. 3. prodit verbis, *ἄλλο δ' ἀρχαίσεως κατὰ τὰ ἔθνη, συμπλαίονται*, visum illi est, ex potissimis suis libris physicis varium integramque illud opus constituere, quod sub nomine Auscultationis physicae comprehensum voluit. Hinc, credo, veteres quoque Graeci librum istum solebant duplici titulo insignire, praeter communem inscriptionem *Ἀρχαίσεως φυσικῆς βιβ. πρώτην*, verba, *ἢ περὶ ἀρχῶν*, addentes, plurali sane numero, propterea quod Aristotelem etiam observabant de eo nunquam plurali voce loqui. Ad hunc librum dein Aristoteles quatuor in Acroasi sequentes, secundum, tertium, quartum et quintum adiunxit, quorum tres priores Diogenes monstrat N. 89. sub titulo *περὶ φύσεως* i. e. de natura, quae inscriptio utique etiam primitiva eorum fuisse recte putatur: quartum autem seu postremum eorum N. 90. sub inscriptione minus definita *φυσικῶν* adducit. At, qui hos excipiunt, sextus et septimus, nihil habent in Diogenia indice, quod ipsis plane respondeat. Qui enim libri in Indice gerunt inscriptionem *περὶ κινήσεως* i. e. de motu, ii omnes, cum nobis servati sint, ut ostendetur, palam alios sibi vindicant locos, nec cum illis duobus, de quibus nunc sermo, congruunt, tametsi in his quoque de motu agatur. Non est igitur mirandum, librorum istorum, quos adusque Acroaseos, ut supra dictum est, sextum et septimum numeramus, authenticam in dubium esse vocatam cum ab alijs, tum maxime a Francisco Patritio in *Discuss. Peripat.*, qui eos multis ibidem argumentis adductis, spurios pronuntiat ac reiicit. Equidem, ut paucis, quod sentio, dicam, hos libros etsi non ausim omnino spurios renuntiare, tamen nec affirmarim ad seriem iustorum physicae Acroaseos li-

brorum necessario pertinere, cum non nisi complementa quaedam superiorum contineant, scripti praeterea stilo paulo leviore, talibusque potissimum auditoribus aut lectoribus accommodati, de quibus in proemio, ut illud supra restituimus, Aristoteles ait, non facile aliam solere illos admittere doctrinam; nisi mathematice loquentem. Itaque crediderim eos ab auctore in illis Commentariis fuisse retentos, quae in Diogenis indice N. 127. sub inscriptione *Ἐξηγημένα κατὰ γένος* i. e. Generatim exposita referuntur. Pertinebant ista Commentaria, quantum conicere licet, partim ad physicam, partim ad theologiam doctrinam; unde factum, ut, qui serius vel Athenis vel Romae disturbata scripta Aristotelis ordinarent, libros quosdam ex illis *Ἐξηγημένοις*, physicam materiam tractantes, operi *Acroaseos* physicae, alios, theologiam enarrantes, operi *Metaphysices*, i. e. theologiae seu primariae philosophiae adnecterent, prout putabant eos rebus hic ibi tractatis arbitrato suo convenire. Possunt igitur hi duo libri et a nobis suo, quem nacti sunt, loco retineri tanquam accessorii, priorumque quinque doctrinam corollariis suis utranque adimplentes. Absolvitur his septem libris prima pars *Acroaseos* physicae, quam recte *Physicam* universalem seu generalem dixeris.

Sequitur in nostra *Acroasi* liber octavus, agens de motu perpetuo, quem qui paulo attentius legerit, facile advertet, non esse unum librum, sed duos, quorum prior cap. 6. exit in verba, *καὶ πάλιν ἐπιβλέψας ἐπὶ τὰς ἀρχὰς τῶν κινούντων*: posterior inquit a proximis verbis, *Τὸ μὲν δὴ εἶναι ἅπτα τῶν ὄντων*: ita enim, magis placet nunc, quam alterum librum a cap. 7. ordiri, quod aliquando mecum praetuleram. Hos, si quid ego recte conicio, libros monstrat Diogenis index N. 45. sub inscriptione *περὶ κινήσεως* i. e.

de motu; suntque, si fallor, insigni vitio, ex quo multiplex confusio manabat, a libris de Coelo, ad quos pertinebant, avulsi, solique praepostere hic collocati, sive iam ab Apelliconte, sive ab alio quoquam, qui putabat, cohaerere eos arctissime debere cum illis, quos modo tractavimus. Sed aliter res habet. Apparet enim, hos duos libros de Motu perpetuo esse veros priores duos ex quatuor, quos *περὶ οὐρανοῦ* i. e. de Coelo Aristoteles scripsit. (Iam enim, in his auctor a consideratione universalium naturae seu communium transitum facit ad res ipsas, i. e. ad corpora naturalia per se considerata; quorum primum illi est quasi peculiare quoddam elementum, ex quo coelestia, seu aethera corpora constant, quodque unum ait motu perpetuo gaudere. Posteriores duo libri de Coelo itaque illi erunt, quos primum et secundum vocatos accepimus. Nam quos hactenus pro tertio et quarto de Coelo habuimus, eos alium sibi et titulum et locum deprecere ostendemus. Atque ita, ut paulo prius dicebam, vitium vitio cumulatam cernitur: veri nempe duo priores de Coelo, ex suo loco avulsi, vincti colligatique detrusi sunt in alium locum, ibique mirantur, quos ante se vident, socios, desiderantque fratrum adspectum, suamque ex vinculis liberationem. Incipit autem cum libris de Coelo nova i. e. altera pars Acroaseos physicae, quam deinceps aliae plures excipient. Iam enim, ut vides, ingressi sumus silvam librorum, quos Diogenes N. 119. sub titulo *Φυσικῶν κατὰ στοιχείων* i. e. Naturalium secundum elementa recenset; siquidem elementis hic non alphabeti literae, quod cum aliis multis et Buhlius credebat, sed, ut ego intelligo, rerum principia seu elementa significantur, quorum Aristoteli, ut paulo ante diximus, primum longeque eminentissimum illud existimatur, ex quo coelestia seu aethera universa constant. Ad hoc ele-

mentum igitur proprie spectant, quae in libris quatuor de Coelo tractantur. Sunt autem hi et qui sequentur, ut mox videbimus, non minus acroamatici, quam illi universales physici praecedentes. Itaque vel omnis series eiusmodi librorum, qui, cum physici essent, auditioni imprimis destinati erant, comprehendi sub inscriptione Acroaseos physicae recte ac merito potuit, verisimiliterque sub hoc nomine olim vel ab Aristotele ipso, vel a discipulis eius comprehensa est. Nec moveat nos, quod Diogenem in designandis hisce libris non videmus titulo *Ἀκροάσεως* usum, quem fortasse non omnes ubique Codices praeferebant, aut saltem Catalogus eius bibliothecae, cui Indicem suum Diogenes debet, non ostendebat. Collectio haud dubie est librorum in disciplina physica potissimum acroamaticorum, quam sub titulo *φυσικῶν κατὰ στοιχείων* indicatam cernimus; ac quemadmodum in antecedentibus *πραγματεῖαις* observavimus Diogenis Indicem presso pede catalogum aliquem bibliothecarium sequi, iam singula opera et libros, iam librorum Collectiones et corpora promiscuae offerentem; ita et nunc in hac videmus post complura singula scripta physica, totam aliquam Collectionem scriptorum physicorum indicari, et mox iterum occurrere physica quaedam membratim notata, sicut in Catalogo, a Diogene excerpto, promiscue consignata reperiebantur. Hinc ecce! veros priores duos de Coelo in Indice invenimus sub N. 45., et, si me non omnia fallunt, veri posteriores duo, nempe qui haecenus primus et secundus de Coelo, in Indice N. 112. sub singulari titulo *Ἀστρονομικὸν* comprehenduntur, quamvis ibi tantum unum librum notatum videmus pro duobus: sed hi nimirum aequae ac in prioribus binis de Coelo seu de Motu perpetuo observavimus, librariorum culpa in unum coalere, quem Diogenes in Catalogo bibliothecae sic

consignatum reperit, fideliterque tanquam unum notavit. Haud dubie tamen omnes hi quatuor libri etiam in illa Collectione physicorum, et fortasse sub inscriptione *περὶ οὐρανῶν* continebantur. Multum profecto iuvare nos potuisset Diogenes, si non contentus solo physicae huius Collectionis titulo, qui nescio cui, vix tamen Aristoteli auctori debetur, Collectionem ipsam nobis potius, distinctis operibus librisque sese consequentibus accuratius exposuisset ac percensuisset. Quod cum ille facere sive neglexit, sive nequivit, nostrum iam erit, ratione habita scriptorum Aristotelis physicorum, quae ad nos usque pervenerunt, omnium ac singulorum, investigare pro virili, sicut coepimus, reliquas illius Collectionis partes, operibusque ac libris singulis, illis etiam, quibus Diogenis Index caret, locum suum probabiliter saltem assignare, ut hac methodo tandem aliquando conspectum totius Acroaseos physicae ab Aristotele perfectae feliciter consequamur.

Tres igitur sunt libri, unum peculiare opus constituentes, quibus proximum post libros de Coelo locum in sua Acroasi Aristoteles ipse dedit. Eos Diogenes in Indice N. 39. separatim adduxit, gerentes inscriptionem *περὶ στοιχείων* i. e. de Elementis, scilicet reliquis quatuor, excepto primario illo, ex quo Aristoteli videbamus constare coelestia seu aetherea corpora. Hos ego libros iam possum demonstrare nobis in promptu esse, tametsi (mirum!) a nemine adhuc, quod sciam, editorum Aristotelis satis agnitos ac distinctos, haud aliam magis ob causam, quam incuriam atque incitiam lectorum sequioris aevi, qui eos, oblitterato communi titulo, distractos, sub aliis inscriptionibus ferre coeperunt. Percurre, quaeso, duos illos libros, quos hactenus falso, ut supra monstratum est, pro posterioribus duobus i. e. pro tertio et quarto de Coelo habuimus. Agnoscas in

fronte statim, legere te opus, ad quod auctor ipse de Anima II., 11. et de Sensu 4. nominatim respicit, *περὶ στοιχείων* i. e. de Elementis, modo scias, Aristotelem pro quatuor elementis, suo more, quem serius explicat, solere etiam elementorum duo paria dicere. Praeterea confido, te mihi haud difficulter assensurum; si indicavero, hos duos libros non esse re vera duos, sed unum librum continuum, quem in posterum, secuti Diogenem, rectius de Elementis primum nominaverimus. Reliquos duos libros praefeo tibi in illis, qui hactenus de Generatione et Corruptione reperiuntur inscripti, non prorsus quidem contra mentem moremque Aristotelis (nam ipse eos primitus sic appellasse videtur, de iisque quandoque sub hoc nomine loquitur), attamen contra eius rationem systematis, quam initio statim operis dilucide prodit, cum ait, sibi de Elementis agenti simul etiam tractandum fore de Generatione et Corruptione. Ergo titulus operis, quod tribus libris absolvitur, verus est, de Elementis, inque hoc opere iasuat tractatus de Generatione et Corruptione. Ceterum non est, quod hoc loco ulterius iusto te morer crisi librorum istorum peculiariter instituta: multa enim forent praelibanda, quae nos a scopo, quem nunc maxime persequimur, nimium abducerent: dabiturque nobis locus commodior aliquanto inferius de internis librorum notis ac signis disputandi, in quem consulto talia cuncta reservamus. Interim sufficiat, scire nos, qui sint veri *περὶ στοιχείων* libri tres; eosque iam praecedentibus in Acroasi physica libris sine mora aggregemus.

Nullos quidem sigillatim Diogenis index ostendit Aristotelis libros de Meteorologia, nisi forte, quae N. 111. offert *Σημεῖα χειμώνων* i. e. Signa tempestatum, ex his fuisse putemus. Non est

tamen dubitandum, quin in Collectione τῶν *quæstionum* κατὰ στοιχείων locum suam obtinuerint. Imo Aristoteles ipse Meteorologicis suis in principio libri primi, ubi præcedentium operum brevem commemorationem more suo proposuit, clarissimis verbis locum illico post tractatus de Generatione et Corruptione assignat. Itaque sine hæsitatione quatuor illos libros *Μετεωρολογικῶν*, quos sub eius nomine accepimus, consociamus operi præmisso de Elementis, quod, ut vidimus, tractatus prædictos in se includit. Nec illud nos turbet, quod Alexander Aphrodisiensis et Ammonius, interpretes Aristotelis graeci, libræ Meteorologicæ quartam partem putant ipsius operis de Elementis. Nullâ enim illorum opinio ratione satis firma innititur. Ortus videtur hic error ex eo, quod, quæ de Meteoris dicuntur, necessario referri sæpiissime debebant ad doctrinam de Elementis. Imo contradicit aperte libri quarti finis. Is enim, consentiens prorsus cum libri primi initio, recta nos transmittit ad Animalium historiam, præsignatque, quo ordine nos deinceps auctorem ad hominis, plantarum aliarumque rerum cognitionem deducere cogitet. Illud modo tenendum, finiri cum Meteorologia partem alteram, quam indicavimus, Acropaseos physicae continentem, uti nunc patet, tria opera, de Coelo, de Elementis et de Meteorologia una librorum undecim serie, in quibus theoria paulatim apertius innititur rerum specialium, singularumque cognitioni, perceptioni, aut saltem coniectationi historicæ, quam in parte præcedente Physicæ generalis, quæ non nisi generalem rerum cognitionem substernit theoriæ. Ferebantur autem sine dubio hi undecim libri diu ante sub peculiaribus titulis separatim editi, ut, de Motu perpetuo, de Coelo sive Astronomici, de Elementis, de Generatione et Corruptione, de Meteoris, donec

illis auctor pro systematis ratione apte compositis locum certum in *Acroasi* sua designaret, cohaerentiamque et consequentiam tractatum singulorum, adhibitis; ubi necessarium videbatur, quibusdam prooemiis, lectori patefaceret. Seriori tempore, quod ex Anonymi, quem Menagius edidit, indice patet, erant, qui hactenus recensitos physicos libros XVIII. proprie sub titulo phys. *Acroaseos* comprehenderent. Sed nos hunc titulum ulterius extendimus.

Pergimus iam ad *Acroaseos* physicae partem tertiam agentem de Animalium natura; quam nobis ut proximam auctor ipse ab initio et in fine *Meteorologiae* pollicitus erat. Principem in ea locum ex mente Aristotelis obtinere debet Animalium historia, quae procul dubie in *Collectione τῶν φυσικῶν κατὰ στοιχείων* post superiora iam sequebatur. Sed peculiariter etiam Diogenes in *Indice N. 101.* addidit nobis opus περὶ ζῴων, i. e. de Animalibus, eique assignat libros novem: novem, inquam, quoniam, ut mihi videtur, prooemium operis, quod per se librum efficere poterat, in antiquissimis exemplaribus primo libro connumerabatur. Huiusmodi autem exemplar illud fuisse putandum, quod in *Catalogo* bibliothecae, cui suum Indicem debebat, Diogenes consignatum invenit. Seriores tamen librarii, ut coniecerim, prooemium illud per se libri instar habebant, distinguebant numerabantque, unde factum, ut illis Animalium historia constaret libris decem. Iam post aliquanto, nescio quis, semidoctus profecto et audaculus aliquis Orbilius literator, prooemiale illum librura, quem non intelligeret esse totius Animalium historiae ac physiologiae introductorium ac prorsus μεθοδικόν, transtulit ex suo loco in alienum, iussitque esse librum primum operis περὶ ζῴων μέρτων i. e. de Animalium partibus; utque saltem in Animalium historia consuetum

decem librorum numerum servaret, adiacit operi pro lubitu suo librum alium Aristotelicum, quem patamus in Diogenis Indice haberi N. 106, sub inscriptione *ὕπερ τοῦ μὴ γεννᾶν* i. e. de generationis impedimentis, eumque fecit numeris continenter inammatas decimum. Sic operis elaboratissimi, species deformata, a fronte trunca, a pede clauda, inscitia temporum nacta fidem et auctoritatem, descriptis in hunc modum posterioribus Codicibus, ad nostrum usque seculum propagata est, ut nescias, utrum magis mireris, unius hominis tam efficacem stultitiam, an tot seculorum caecitatem adeo pertinacem, nisi mirabilius multo hoc foret, nostra aetate, cum vitium illud tandem libro hoc, adiecta diiudicatione critica, graeco et germanice sigillatim edito an. 1819, feliciter a me esset detectum, ostensumque, quomodo ab iniuria temporum Aristoteles vindicari deberet, existitisse tamen in terris Germaniae nonnullos, qui se literatos ferrent, oppugnatores veritatis evidentissimae, squalorisque et stuporis inveterati, defensores praeposteros. Qui si modo causam propositam a me serio perpenderent, lux oborta illis facile populisset praecipuatam opinionem de libro, quem hactenus editores omnes nobis tanquam primum de partibus Animalium venditaverant: et si praeterea, quas in Nota 5. pag. 76 et 77 a me indicatas, in Nota vero 53. pag. 106 — 108, etiam germanice veras habebant, primas sex lineas libri ex consueto ordine secundi *περὶ ζῴων μορίων* attente legissent, prorsus agnovissent, in his praebere nobis verum initium operis de partibus animalium, atque ita librum praecedentem non posse esse huius operis primum, sed longe alio pertinere. Perperxissent dehinc porro, cur istum librum sub titulo, *Ἀριστοτέλους λόγος ὁ περὶ φύσεως, τῆς ζῴων μαλίστα, μεθ' ὁδοῦ*, ediderim, intellexissentque, quam

victicibus ex illo ipso petitis argumentis luce clarius reddiderim id, quod demonstrandum erat, a fronte nempe historiae Animalium hunc librum olim proemiale infauste avulsum, et in alicum locum fuisse translatum; ex quo si reponatur iterum in veram, suam antiquam, et ab auctore illi satis dilucide cum, in hoc ipso, tum *περὶ γενεῶν* libro V., 1. assignatam sedem, exterminaturque praeterea liber ille *ἐπεὶ τοῦ μὲν γενῶν*, nihil attinens Animalium hīsto-
 riā, habiturus nos dedito systematicam Aristotelis hīstoriā theoreticam doctrinā *περὶ τῆς ζωῆς φύσεως*, quo nomine cum in hoc libro methodice appellat, formae pristinae restitutam, quam auctor ut ab se profectam libenter ac ultro agnoscat; nec desiderantes nos amplius, quod hactenus desiderare nos oportebat, peculiaria Animalium hīstoriae pro-
 ceptum, quippe quod nobis in praemisso illo methodico libro nunc praesto sit non modo in hīstoriā, sed in totam Naturae animalis ab auctore propositam tractationem. Sed frustra super tali re agas cum adversariis, quibus ludus videtur, de scriptis Aristotelis iudicare, tametsi ea ne legerint quidem, nedum ut familiaritatem quandam interiorē cum illis contraxerint. Neque vero indigebamus Criticorum eiusmodi iuvenilibus sententiis quasi de tripode mirum quam inaniter resonantibus, cum alii maiorum gentium in re literaria viri, et in suo Aristotele versatissimi, religioni sibi duxerint, rem tantam, quantum ego tunc moveram, verbis paucis ac leviter tactam transigere, imo vero, subactissimo prius usi iudicio, postremo omnes mihi assenserint, probe videntes, in hac controversia non meam, sed Aristotelis, non paucorum hominum, sed cunctorum eruditorum, non privatam aliquam quantulamcunque causam, sed publicam maximique momenti rem atque utilitatem agi. Ac iuvat me hoc loco beatque revoca-

tio memoriae viri incomparabilis I. G. Schneideri
 Saxoniae, cuius profundae in tot scientiis, in linguis
 vero summae literatura graeca et latina immensas
 paene eruditioni, cum aliis multa opera praeclara;
 tum imprimis Aristotelis Animalium historiae
 instructissimam editionem debemus. Is igitur cum
 emissum a me librum supra dictam Aristotelis resci-
 ret, augurans; credo, ex titulo rem gravioris momen-
 ti, tamvis me coram me nosset quidem, sponte in se
 suscepit provinciam de laboris mei foetum publice iu-
 dicandi, idque suum iudicium praestitit in Animalium
 Vindobonensium tome VIIIto; inscientis me, devi-
 nantem tamen auctorem, donec ab amicis meis eius qui-
 busdam viris Pragae invidentibus de hac re certior
 redderet. Legant, obsecro, quibus dexteritas in re-
 busq; literariis veritasque ante omnia amor cordis
 est, adhaerentque ingenuitatem rari hodie admodum
 exemplis. Viri tantus, quantus Schneiderus; editor
 ipse, quae memoravi, Historiae animalium Aristoteli-
 sy in qua tamen humanitas illud non viderat,
 quod ego aperbi (quis enim omnia videt?), non me-
 tuens, adrogari aliquid gloriae suae, rectissimo atque
 simplicissimo animo professus est, „approbatam sibi,
 non absque verecundia, veritatem planissimam sen-
 tentiae meae de libro illo methodico in fronte Hi-
 storiae animalium collocandae „laudansque laboris mei
 utilissimum eventum, satis, credo, significavit aperte,
 quid editoribus huius operis in posterum curae esse
 debeat, ut nobis tandem aliquando Aristotelis foetum
 hunc felicissimum ea facie praebeant, qua eum auctor
 ipse e penetralibus suis emisit. Sed satis iam de ver-
 ticuli, ad quod nos quorundam invidiosa temeritas
 compulsi, ut recreati imagine Schneideri optimi iter
 propositum animo haud paulum levatiore ac hilario-
 re absolvamus.

Constitutata ergo in hunc modum Animalium historia, ut praedictus liber praesentialis in systemate totius Aristotelicae doctrinae de animalibus Natura ordinem ducat, simulque historiae Animalium proprie sic dictae; primus numeretur, abhinc vero decimus liber, recte interim ille *ὄντις τοῦ μὴ ἔστιν*; historiam animalium, ut eam accepimus, claudat; applicemus nunc ad eam proxime ex his quidem, quae ulterius nacti sumus (nam deploramus ut desperatis hoc loco ad historiam porro spectantes apud Diogenem N. 102. Anatomicorum octo, N. 103. Selecta anatomicae unum, N. 104. De compositis animalibus unum, denique N. 105. De fabulosis animalibus unum) applicemus, inquam; in horum defectu; quem nobis servatae illae Auscultationes mirabiles, incertum genus, sanare nullo modo possunt, libros *περὶ ζώων μορίων* i. e. de partibus Animalium, tanquam, cohaerens opus, quod quamvis, a Diogene non profertur separatim, tamen in eius memorata Collectione *τῶν ζωῶν κατὰ στοιχείων* haud dubie loco, hoc positum reperiebatur. Initium eius a libro, quem nostrae hactenus editiones huiusce operis secundum referunt; eum nos primum facimus, addicente ipso eius principio, quod clarissimis verbis transitionem hic fieri, ab historia ad mixtum genus historiae et theoriae i. e. ad physiologiam indicat; adiciamusque illi non modo subsequentes libros duos, mutato tamen numero, ut sint nobis secundus et tertius eiusdem operis, in quo saepius ad Anatomica, ut praecedentia, praecipue tamen libri ex nostra ratione III. cap. 10, circa finem, lectores ablegantur, sed addimus his insuper illum, quem accepimus sub inscriptione *περὶ ζώων πορείας* i. e. de Animalium incessu, nihil dubitantes, quin is huius operis liber quartus seu postremus recte putetur. Egerat quidem Aristoteles de

animalium incesu prius iam in historicis libris, ad quos hic et paulo ante III., 11. fin. et in hoc quarto aliquoties, praesertim cap. 2., respicit, sed egerat ibi generaliter et historice magis, ut ait, hic vero specialiter ac proprie causas rei pertractat. Nec turbet nos provocatio in hunc librum apertissima, quae fit in libro praecedenti, nobis tertio cap. 11. init. (saepe enim ita solitum Aristoteli in eodem tempore coniunctum editis) multo minus autem moveat nos exitus libri eiusdem, ubi hodie leguntur verba: ἐφεξῆς ἐστὶ τὰ περὶ τὰς γενέσεις ἀντῶν διελθεῖν: iam enim vetus interpres latinus, rectius vidit pro γενέσεις legendum esse πωήσεις, quicquid initium libri de Incessu animalium egregie consentit. Habet praeterea hic liber clausulam vere finalem operis totius de Animalium partibus, quae nos hinc proxime transmittit ad libros de Anima i. e. ut Aristotelem initio statim huius operis indicantem habemus, ad historiam et physiologiam animae potissimum humanae, tum animalium quoque ceterorum ex omni parte considerandam.

Comprehenditur autem ab Aristotele doctrina de Anima per se, ut eam accepimus, tribus libris, quorum secundus in nostris editionibus non apte distinctus cernitur; pergendum enim ad libri III., 2. finem, indeque a cap. 3tio rectius initium Libri tertii sumendum. Haud dubie hi quoque libri in Diogenis illa Collectione τῶν φυσικῶν κατὰ στοιχείων continebantur: nam quae ille separatim adducit N. 13. περὶ ψυχῆς i. e. de anima 1. (quem librum Plutarchus in consol. ad Apollon. fortasse Eudemum vocat) et N. 73. Θέσεις περὶ ψυχῆς i. e. Theses seu Quaestiones de anima 1. (quem putes adhuc Macrobius ad Somn. Scipionis II., 14. legisse), commentaria praevia fuisse putanda, quae postea iustis operibus cessere. Imo si numero librorum 38, quem Col-

lectioni illi Diogenis index assignat, fides haberi omnino posset, hi tres de Anima libri, connumeratis superioribus inde a libris de Coelo, ut eos deduximus, postremi illius Collectionis putandi forent. Sed videtur mihi in illo numero peccatum, rescribendumque, non ut suspicabatur Casaubonus 24, sed potius 50., ut ex sequentibus patebit. Error fortasse ex litera numerali *N'*, quam librarius minus attentus minusculis *λγ'* expressit. Non est autem dubitandum, quin libri de Anima et qui hos sequuntur, acroamatici putandi sint; sed errant, qui in his Psychologiam plenissimam sensu hodierno quaerunt, non reputantes, physicam Acroasin nunc Aristotelem tractare, ideoque eum, quae de mente seu anima intellectiva enucleatius disputanda forent, hic tantum innuisse, utpote tractationi metaphysicae, id est, theologiae seu primariae philosophiae suae reservata. Putes praeterea cum libris de Anima quartam aliquam partem Acroaseos physicae sumere initium, si huius operis tam deliberatum prooemium spectes. Non est tamen hoc opus cum ceteris insequentibus libris, nisi membrum maius ex subdivisione tractatus de Animalium natura, quem Acroaseos physicae tertiam esse partem supra demonstravimus. Et vel huic de Animalibus tractati soli quinquaginta libros Plinius maj. adscribit, non fortasse abs re, ut inferius discutiemus.

Adgregantur operi *περι ψυχῆς* continenter aliquot libri ex illis, quos recentiores editores sub titulo parvorum Naturalium, agentium de actibus animae corporique communibus, complecti solent, et quidem proxime liber *περι αἰσθησέως καὶ αἰσθητῶν* i. e. de sensu et sensilibus, quem Diogenes non separatim adducit: tum libellus ille vere aureus *περι μνήμης καὶ ἀναμνήσεως* i. e. de memoria et reminiscentia, quem habet Diogenes

Index sub N. 116. *Μαθημονικόν*. Mox adiciendi tractatus tres, *περὶ ὕπνου καὶ ἐγρηγόρευσης* i. e. de somno et vigilia, *περὶ ἐνυπνίων* i. e. de somniis, et *περὶ τῆς καθ' ὕπνον μαρτυκῆς* i. e. de divinatione per somnum, quorum nulla separatim fit mentio in Diogenis indice, quique ex mente auctoris, docente prooemio, non nisi unum librum efficiunt. In huius fine servanda, aut potius restituenda verba, inventa in nonnullis Codd. et in veteres aliquot editiones assumpta, *περὶ δὲ τῆς κοινῆς κινήσεως τῶν ζῶων λεπτόν*, quae etiamsi ab aliquo adscripta putes, tamen cum Aristotelis ratione unice consentiant, ut iam praeter veteres aliquot editores, Camotium et Isingrinium, nuper Buhlius iudicavit. Sequitur enim nunc recte liber ille, quem Diogenis Index N. 114. monstrat sub inscriptione simplici *περὶ κινήσεως* i. e. de Motu, quemque editores nobis signatius sub titulo: *περὶ τῆς κοινῆς τῶν ζῶων κινήσεως* i. e. de communi animalium motu dederunt: tametsi ex mente Aristotelis verbisque in fine huius libri occurrentibus sufficeret ponere *περὶ τῆς κοινῆς κινήσεως* i. e. de motu communi. Scimus enim, auctorem de Animalium natura tractare; motum autem hoc loco considerat, prout antecedentes operationes, animae nempe corporisque velut communem effectum; id quod huius libri principio, in quo fortasse pro priorē *ἐπισκεπτέον* legendum *ἐπέσκεπται*, clarissimis verbis evincitur. Errarunt itaque manifesto, quotquot hunc librum de motu et sequentes de animalium generatione transtulerunt ex hac sede serieque propria in alienam, assignantes illis locum statim post libros de partibus animalium: quem in errorem haud incidissent, si respexissent Aristotelis pronuntiata de Anima cap. 10. fin. et de Sensu cap. 1. init. eaque inter se et cum hoc libro de Motu contulissent, sobrieque perpendissent. Ceterum li-

ber iste gravissimus singulari consilio ab Aristotele sic efformatus, ut lectorem simul cap. 6. operis sui de prima philosophia tanquam iam absoluti ceterisque max accessari commouefaceret, et in fine recolligeret praemissa inde a libris de partibus animalium usque ad hunc de motu communi tractatum, post quem significat transire se ad libros de Generatione animalium.

Cohaerent igitur arcuissime de animalium generatione libri quinque, quos habemus, a Diogene non separatim propositi, sed Collectioni illi physicorum secundum elementa inclusi, cum libro de communi motu praemisso. Ipse quinetiam auctor initio libri primi declarat, se de industria sibi hunc locum delegisse, quo de residuis partibus animalium, his nempe, quae ad generationem spectant, simulque de causa earum motricæ ageret, quod haec cum generatione singulorum fere ad unum idemque recidant. Itaque hi libri, sicut superiores, et historiam animalium et theoriam i. e. physiologiam continuant. Nec vero sine graviori ratione disposuisse mihi in hunc modum auctor opera duo illa, de partibus animalium, et de generatione videtur. Consulto enim maioribus his et bonam partem historicis intercedere minores quosdam tractatus et magis theoreticos voluit, ut satietatem lectorum varietate levaret rerum, quin tamen a vero sobrieque perpenso systematis sui ordine recederet, immo post libros de Generatione promovere etiam via deduceret eos ad reliqua, quae de hominis maxime natura restarent adhuc, contemplanda. Reditum autem ad ea, quae omiserat, sternit sibi iam per librum de Generatione quintum, in quo de peculiaribus quibusdam affectionibus seu passionibus, quibus animalium partes inter se differant, agit, ut

de oculorum, pilorum pennarumque colore; de visus, auditus atque olfactus vi ac discrepantia; de voce et dentibus animalium. Artificiose vero lectorem initio huius libri cap. 1. commonet problematibus totius tractatus de Animalium natura, quem nos Historiae animalium librum primum esse iussimus: mox respicit ad librum de Somno et vigilia, in quo somni quietisque causam reddiderat, et a quo deinceps discesserat ad doctrinam de Generatione. Paulo dein post admonet lectorem librorum de Sensu et de Anima, idque iteratim facit cap. 2 et 7. Tum cap. 3. remittit eum ad libros de partibus animalium. Nec non cap. 8. paucis indicat, quae hic pertractentur, cognata esse doctrinae de Generatione, ne quis dubitet hunc esse doctrinae eiusdem librum quintum. Praemittit etiam cap. 4. post insecutura de incremento et alimento aliis in libris, quibus credo Medicinalia sua significat, quorum locum paulo inferius videbimus.

At nunc, finitis de Generatione libris, transit ad librum *περὶ μακροβιότητος καὶ βραχυβιότητος* i. e. de Longitudine brevitaeque vitae, quem inter parva Naturalia haecenus habuimus, non separatim indicatum a Diogene, quoniam item, ut ceteri multi, ad eius Collectionem *τῶν φυσικῶν κατὰ στοιχείων* connumerabatur. Et hic quoque cap. 1. statim lectorem revocat auctor ad librum de Somno et Vigilia, a quo prius ad alia diverterat. Quam revocationem qui non satis perpenderunt, existimantes mox praecessisse librum illum, confusionem magnam tractatum physicorum induxerunt: cui et separata Parva illa Naturalia contra Aristotelis rationem debemus. Nam apud Aristotelem verba *εἴρηται πρότερον* non semper indicant, quae mox praecessere, sed saepius, quae longe praemissa sunt,

sicut et hoc loco facit. At cum his addit, se deinceps de Vita et Morte, consimiliterque de Sanitate ac Morbo acturum, quod indicium etiam in fine huius libelli repetit, adiectis verbis, in his demum omnem tractatum de Animalibus finem suum habiturum, his utique mox consequentia et ad finem vergentia procul dubio indicantur. Ceterum mirum est, quam sollicite sibi Aristoteles in cunctis *Physicis* viam sternit ad *Metaphysica* i. e. ad primariam, intimam ac verissimam Philosophiam, ita tamen, ut in *Physicis* ad portam iamiam deductis valvas non recludat, sed cieat ingrediendi expectationem, quod cum praecipue in libris de motu perpetuo, tum et in hoc libro cap. 1. in vecta quaestione et dubitatione de animae immortalitate fieri observamus.

Sequitur denique liber *περὶ νεότητος καὶ γήρας· περὶ ζωῆς καὶ θανάτου· καὶ περὶ ἀναπνοῆς* i. e. de iuventute et senectute; de vita et morte et de respiratione, quem aequè ut superiores complures apud Diogenem sub N. 119. quaeres. Ac habemus quidem praeterea Schediasma aliquod Aristotelis, quod editores sub inscriptione *περὶ πνεύματος*, i. e. de spiritu operi de Generatione adiunxerunt. Sed hoc opusculum, nisi fallor, residuum est libri, quem Diogenes sub N. 73. adducit, nec nisi praeviae committationis vice fungitur, ut supra iam declaravimus. Itaque id interea reponamus. Verum libri, de quo nunc agimus, finis statuendus in verbis: *καὶ περὶ μὲν οὖν ζωῆς καὶ θανάτου, καὶ τῶν συγγενῶν ταυτῆς τῆς σκέψεως, σχεδὸν εἴρηται περὶ πάντων.* Vidit hoc iam antiquus interpres Latinus, recteque a sequentibus verbis, *Περὶ δὲ ὑγιείας καὶ νόσου οὐ μόνον ἐστὶν ἰατροῦ, ἀλλὰ καὶ φυσικοῦ μέτροι τοῦ τὰς αἰτίας εἰπεῖν*, initium fecit librorum Aristotelis eorum, quos Diogenes N. 109. adducit sub ti-

tulo *Ἱατρικὰ* i. e. Medicinalia. Finitur autem cum libro de Iuventute et Senectute etc., si quid ego recte conicio, Collectio illa Diogenis *τῶν φυσικῶν κατὰ στοιχείων*, incipiens a libris de Cœlo, comprehendensque, ut supra prodidi, librorum 50 seriem; unde vel satis patet, Elementa hic non pro Alphabeti literis, esse accipienda.

Igitur absoluta sic Acroaseos physicae parte tertia, transit Aristoteles ad quartam partem, agentem de re medica, incipientemque ab illo fragmento *Ἱατρικῶν*, quod paulo ante laudavimus. Dolendum maxime, quod nobis excepta prooemii particula hoc opus intercidit. In hac ipsa tamen satis aperte declarat auctor, se *πραγμασίαν* medicam, conterminam Physicae, exemplo clarissimorum Physicorum huic potissimum loco reservasse. Memorat Anonymus Menagii in Catalogo librorum Aristotelis non modo duos illos libros, quos Diogenes sub inscriptione *Ἱατρικὰ*, ostendit, sed praeterea aliud Aristotelis opus *περὶ ἱατρικῆς* i. e. de Arte medica libris septem constans adducit. Ex his fortasse libris superest nobis tractatus ille *ὅπερ τοῦ μὴ γεννᾶν* i. e. de generationis impedimentis, quem Diogenes N. 106., ut supra iam notavi, itemque Anonymus Menagii peculiariter afferunt, quemque hactenus perperam nobis editores pro libro Historiae animalium decimo venditarunt. Itaque iam convenientiorem illi hic locum assignemus, eoque interim contenti simus, optantes, ut nobis de disciplina medica aliquis alicunde cetera, quae fortasse adhuc delitescunt, eliciat. Multo enim plura de Medicina, ut diversi testantur auctores, Aristoteles composuit: quae si, ut credibile, Plinius maior Collectioni suae, de qua Hist. nat. VIII., 17. loquitur, connumerabat, facile patet, cur ibi proderet potuerit, quinquaginta ferme volumina de Animalibus Ari-

stotēlem condidisse. Nam si de Collectionē Diogenis τῶν φυσικῶν κατὰ στοιχείων demas ab initio libros de Coelo, de Elementis et de Meteoris, qui sunt undecim, incipiasque Plinii Collectionem librorum Aristotelis ab Historia animalium, addens in fine libros medicos, quos vidimus novem, habebis summam librorum de Animalibus, ut eam Plinius prodidit, ferme quinquaginta.

Restat percensenda nobis Acroaseos physicae pars quinta, complexa tractationem de Plantis. Ex ea feruntur quidem sub nomine Aristotelis libri duo de Plantis ex Arabico (nam Graecus aliquis vetustior textus nusquam comparuit) in Latinum, ex eo denique ab recentiore quodam scriptore in Graecum translatis, qui tamen inde maxime Iulii Scaligeri iudicio, cui libenter assentior, supposititii merito putantur. Nam etsi graecam dictionem, utpote quam auctor Anonymus ipse in praefatione profitetur esse versionem ex versione, minus mireris inconsciam, tamen res ipsa, ut in his libris tractatur, minime sapit genium Aristotelis, quem val ex Diogenis indice N. 107. scimus περὶ φυτῶν, i. e. de Plantis, duos reliquisse libros, ab ipso etiam compluribus citatos, haud dubie tamen aliter efformatos, quam in his, quos nacti sumus, videmus. Primam sui operis mentionem facit Aristoteles Hist. Anim. V., 1. verbis, ὡςπερ εἶρηται ἐν τῇ θεωρίᾳ τῇ περὶ τῶν φυτῶν. Quemadmodum autem id hoc loco theoriam, ita in libro de Sensu cap. 4. fin. physiologiam plantarum appellat, quamvis alibi, ut in libri de Longitudine et brevitate vitae fine, simplici allegatione ἐν τοῖς περὶ φυτῶν utitur, nonnunquam et, ubi res ipsa loquitur, ut de Sensu cap. 3. et de Generatione V., 3. hos ipsos libros de Plantis sub formula ἐν ἄλλοις διώρισται, aut ἐν ἄλλοις λείπον innuit. Satis vere dilucide redit ex allatis lo-

cis, Aristotelam in his libris peculiariter ac fusius de succorum in plantis affectione, imprimisque de colorum mixtura tractasse, quibus de rebus vix obiter mentio fit in illis suppositiis, quos habemus, libris, quorum auctor fallere lectores eo sperabat, quod initio operis Anaxagorae, Empedoclis et vel etiam Platonis opiniones de vita plantarum, quasi ex more Aristotelis, redarguere studeat. Sed frustra tales sunt artes, dum rerum inanitas coarguit suppositorem et Aristoteliam simium. Hicirco his exclusis potius crediderim, Excerptum illud, quod sub inscriptione *περὶ χρωμάτων* i. e. de Coloribus accepimus, locum sibi iure quodam hic potissimum deponere, ut quod haud dubie ex libris Aristotelis de Plantis desumptum videtur, nec, ut ait Simon Portius in sua editione, Theophrastum potius quam Aristotelem redolet. Adducit ille praeterea Plutarchum testem et Pachynæram in catalogo librorum Aristotelis, asserentes, Aristotelem duo de Coloribus edidisse volumina. Sed haud scio, an ista testimonia satis constant, cum de his peculiaribus libris neque Diogenis Index, nec Anonymi Menagiani catalogus ullam mentionem faciant. Multo itaque ex supra dictis fit verisimilius, Aristotelem reservasse sibi in tractatum de Plantis hanc materiam disputandi de Colorum discrimine ac mixtura, quippe in quo ea res quam commodissime atque appositissime tractari posset. Nec turbare nos debet, quod in hoc Excerpto non solum de plantarum, florum, fructuumque, sed etiam de pilorum, pennarum, squamarum et cutis coloribus agitur. Familia- re hoc est Aristoteli, circumspicere cuncta ad unam eandemque considerationem pertinentia. Observabis tamen mecum, auctorem huius scripti, dum alia respicit, potissimum in plantarum coloribus eorumque mixtura detineri, cuius rei propiorum disquisitionem ille nobis, ut supra monui, de Sensu cap. 3. fin.

indicavit a se institutam aliis in libris, ubi mea opinione libros de Plantis intelligit. Est vero id, quod nacti sumus, non nisi Excerptum meo quidem iudicio ex uno illorum librorum, quod prodere videntur saepius repetita verba *πρακτὸν δὲ ἐστὶ, δῆλον δὲ, αὐτὸ δὲ*, praecipue circa scripti posterioris dimidium. Ceterum Aristoteles in doctrina de Plantis contentus fundamenta iecisse, tractationem rei ampliore discipulo suo Theophrasto praeprimis commendatam voluit. Eidem fortasse reliquit etiam tractationem de Mineralium — fossilium, lapidum, metallorum — natura exsequendam, ad quam in libris de Meteorologia multa praestruxerat. Memoratur quidem in Diogenis indice N. 124. liber Aristotelis *περὶ τῆς λίθου* i. e. de Lapide: sed id singulare scriptum de lapide sive Lydis, sive Magneto fuisse videtur, nec inde coniectendum, quasi se ad elaborandam Mineralogiam Aristoteles accinxerit, praesertim cum nullibi in aliis suis scriptis tale quidquam promittat. Itaque iam hic ad terminum deductam putemus totam Aristotelis *πραγματείαν* tertiam seu Acroasin physicam, in quinque partes divisam. Earum amplissima est, quae de Animalium natura tractat, peculiariter etiam subdivisa; in eaque nihil est, quod aegrius desideramus, quam libros anatomicos tam multos, ad compleendam historiam animalium spectantes, quibus auctor, ut ipse saepius prodit, delineationes et picturas, haud dubie exactissimas adiunxerat. Si cui tamen minus placeat, quod totam istam *πραγματείαν* sub titulo Acroaseos physicae comprehendere, is mea parte priores eius duas partes, octodecim, ut ostendi, libros complectentes, Acroasin vocet; ita hoc aliqua saltem auctoritate vetustatis innitetur: nam Anonymus Menagii, ut supra vidimus, in catalogo suo Acroasi physicae libros XVIII. attribuit: ceteras vero tres partes

suis sub titulis, de Animalium natura, de Medicina, de Plantis sibi ordinet.

Adgredimur demum ad illam scriptorum Aristotelis partem, quam ipse velut coronidem Physicis suis impositam voluit, nos vero, ut superius indicatum, velut peculiarem et quidem quartam Aristotelis *πραγματεῖαν* consideramus, non eam quidem maximam, sed maximis obsitam difficultatibus. Illa est, quam auctor *πρωτὴν φιλοσοφίαν* i. e. primam Philosophiam seu Theologiam appellare solet, Graeci recentiores inde ab Andronico Rhodio aut Nicolao Damasceno, ex positu librorum, τὰ μετὰ τὰ φυσικὰ, Latini una voce Metaphysicam nuncupant. Qua forma, librorumque serie veteres eam ad nos propagaverint, satis notum. Quatuordecim sunt libri, vel potius, quia duo primi, primus maior et primus minor a Graecis vocitari solent, tredecim, quibus adiectus est liber singularis, quem Nicolaus Damascenus Theophrasto adscriptum voluit. Diogenis index hos non novit, nisi putemus eos N. 126. sub inscriptione *Ἄτακτα* i. e. Inordinata comprehendendi libris duodecim. Anonymus Menagii contra ostendit *Μεταφυσικά*, si numerus salvus, libris viginti, et praeterea *Διατάκτων*, i. e. Ordinatorum numerat libros duodecim. Recentiores editores servarunt a veteribus Graecis inductum ordinem librorum tredecim usque ad Duvallium, qui sibi permisit postrema librorum paria inter se permutare. Buhlius, improbens hanc mutationem, nec omnino adstipulans ordini librorum illi, quem Sam. Petrus Miscell. IV., 9. suaserat, in Disquisitione de metaphysicis Aristotelis libris germanice, ut supra notavi, instituta et publicata, prorsus aliam viam ingressus, libros ex veteri ordine I. maiorem et minorem (quos tamen perperam I. et II. dum more Latinorum translatorum numerat, adeoque totam seriem

numerorum variat, quod nos hic correximus), tum II., IV., IX., X., XI., partim spurios, partim ad Metaphysicam non pertinentes declaravit; ceteros, III., V., VI., VII., VIII., XII., XIII., existimavit esse λόγους ἐκ τῆς πρώτης φιλοσοφίας seu Metaphysicos veros et authenticos. Concordant igitur a Buhlio probati libri cum Graecorum Γ, Ε, Ζ, Η, Θ, Μ, Ν, sicut ab eo improbati cum Graecorum Α τὸ μείζον, Α τὸ ἔλαττον, Β, Δ, Κ, Α. De I. incertus haeret. Nos vero iam in praecedentibus librum ex his unum minorem, Buhlii aliorumque iudicio opem ferentes, ostendimus nihil esse aliud, quam initialem partem libri I. Auscultationum physicarum, cui et incunctanter eam reddidimus; librum autem IVtum accensimus Logicis, statuendum fortasse post Praedicamenta et libros de Interpretatione. Nunc videamus quid ceteris faciendum, cum ne in crisi quidem Buhliana adquiescere possimus. Iam enim apparet, restare nobis libros duodecim, seu potius undecim, quos non est abs re in Diogenis indice N. 126, ut supra vidimus, sub inscriptione Ἀτακτα comprehendi. Re vera enim ut nunc habent, Inordinata his continentur, non tamen, ut existimo, Aristotelis culpa, sed eorum, qui superstites hos libros vel iam Athenis ex arbitratu Apellicontis minus apte composuerunt; unde factum, ut descripta in hunc modum a librariis exemplaria per omnes veterum bibliothecas disseminarentur, et usque ad nostra tempora pervenirent. Duo erant in his potissimum, quantum ego perspicio, libris advertenda, primum, efficere omnes quodammodo unum opus τῆς πρώτης φιλοσοφίας, alterum, discerni tamen debere in his binas quodammodo opera. Posterius istud, Ciceronis saltem temporibus agnitum constat, cum videamus, ex illis libris adduci unum apud eum sub titulo tertii Aristotelis libri de Philosophia. Scripsit autem

Aristoteles tres libros *περὶ φιλοσοφίας*. Reperiuntur hi et peculiariter, ut superius admonuimus, consignati in Diogenis indice N. 3. Quaesivit eorundem congruentiam cum aliquot libris metaphysicis inter recentiores et Samuel Petitus, putabatque se invenisse in libris *M*, *N*, *A* sic collocatis. Divinasse quoque Duvallius videtur ex parte, cui post *M*, *N*, placuit collocare *K*, et *A*. Omisit autem horum uterque dispicere cuncta ad talem crisin necessaria. Equidem tum, cum Aristotelis librum *περὶ ζωικῆς φύσεως* ederem, opinione, quam et in Nota 27 prodidi, tenebar, deperuisse fortasse nobis eiusdem opus de Philosophia. Nunc aliter persuasum habeo. Scripsit id, ut superius iam declaravi, Aristoteles, priusquam Physica aggredere, in quibus deinceps frequentius ad id provocat; velut statim Acroas. II., 2. nec ullo magis postmodum opere, quam hocce, Philosophi nomen inclarusse videtur. Adnotat Simplicius ad Aristotelis de anima I., 2., ubi aequae librorum *περὶ φιλοσοφίας* mentio, respicere auctorem hoc operis titulo *τὰ περὶ τοῦ ἀγαθοῦ ἀντὶ ἐκ τῆς Πλάτωνος ἀναγγεγραμμένα σπουδαίας ἐν οἷς ἱστορεῖ τὰς τε Πυθαγορείους καὶ Πλατωνικὰς περὶ τῶν ὄντων δόξας*. Indicari verbis his satis dilucide quosdam nostros metaphysicos libros, dubitari non potest. Sed non attendens satis Sam. Petitus discrimen inter *ἱστορεῖ* et *θεωρεῖ*, statim coniecit, indicari a Simplicio libros metaph. *M* et *N*. Verum cum in his Aristoteles de numeris Pythagoricis et de Platonicis ideis, mediisque, non iam historice, sed vel maxime theoretice agat, videtur mihi Simplicius non tam illos duos libros, sed potius *A τὸ μείζον* i. e. primum e nostris metaph. libris innuere, de quo verius dicas, in eo Aristotelem *ἱστορεῖν τὰς τε Πυθαγορείους καὶ Πλατωνικὰς περὶ τῶν ὄντων δόξας*. Ceterum quae Aristoteles loco cit. de Anima I., 2. ex suis *περὶ φι-*

λοσοφίας libris affert, conveniant etiam magis cum metaph. libro *A*, quam cum *M* et *N*. Quod etsi non vidit Petitus, tamen iure debetur illi refutatio Mureti, qui verba Simplicii prorsus falso de Aristotelis opere *περὶ τοῦ ἀγαθοῦ* interpretatus erat. Non est enim dubitandum, quin apud Simplicium verba *περὶ τοῦ ἀγαθοῦ* de substantia prima seu de summo et optimo ente intelligi debeant, de quo Aristoteles in libris *περὶ φιλοσοφίας* potissimum egit. Sed quid in Simplicio moramur, cum ipsum Aristotelem testem de se habeamus? Laudat enim ipse Philosophica sua, veluti Eudem. I., 8., ubi de Ideis contra Platonem disputans ait: *ἐπέσκεπται δὲ πολλοῖς περὶ αὐτῆς τρόποις, καὶ ἐν τοῖς ἐξωτερικοῖς λόγοις, καὶ ἐν τοῖς κατὰ φιλοσοφίαν.* Verbis *κατὰ φιλοσοφίαν* hic auctor aliqdne quiddam imuit, quam opus *περὶ φιλοσοφίας*, tum quidem, cum Eudemia publicaretur ab eo iam confectum, nondum tamen editum? Pute^s ex hoc loco Petitus pro sua opinione multo plus colligere potuisse, quam ex laudatis Simplicii verbis. Sed vidit ille fortasse, verba *κατὰ φιλοσοφίαν* duplici sensu accipi posse, uno latiore, quo fere cuncta Aristotelis scripta, quae habemus, intelligi possint, quo et hic accipi videntur; altero strictiore, quo fere soli *περὶ φιλοσοφίας* libri significantur: ut ita dubius haereas, quid illa verba velint. Patet tamen, strictiore, quo diximus, sensu Aristotelem verba haec usurpasse in libro *περὶ ζωϊκῆς φύσεως*, seu, ut hactenus ferebatur, de Partibus anim. I., 1., ubi ait: *εἰσὶν ἄρα δύο αἰτίαι αὐται, τό, τε οὐ ἔρεκα, καὶ τὸ ἐξ ἀνάγκης· πολλὰ γὰρ γίνεται, ὅτι ἀνάγκη· ἴσως δ' ἂν τις ἀπορήσειε, ποίαν λέγουσιν ἀνάγκη, οἱ λέγοντες ἐξ ἀνάγκης. τῶν μὲν γὰρ δύο τρόπων οὐδέτερον οἷόν τε ὑπάρχειν τῶν διωρισμένων ἐν τοῖς κατὰ φιλοσοφίαν.* Indubitanter fere haec allegatio scriptorum *κατὰ φιλοσοφίαν* transmittit nos

ad librum inter Metaphysicos nostros *A*, in cuius cap. 7. leguntur verba: ἐξ ἀνάγκης ἄρα ἐστὶν ὄν· καὶ ἢ ἀνάγκη, καλῶς, καὶ οὕτως ἀρχή. τὸ γὰρ ἀναγκάσιον τὸ σσανταχῶς· τὸ μὲν βίε, ὅτι παρὰ τὴν ὁρμήν· τὸ δὲ, οὐδ' οὐκ ἄνευ τὸ εὔ· τὸ δὲ μὴ ἐνδεχόμενον ἄλλως, ἀλλ' ἀπλῶς. Videritne hoc Sam. Petitus, an Ciceronem tantum secutus librum metaph. *A* tertiam Aristotelis de Philosophia pronuntiarit, certo non dixerim. Quia tamen in adducto loco ab Aristotele non proditur nominatim tertius liber, advocandus utique est Cicero de Natura deorum I., 13. ita loquentem inducens Velleium: „Aristoteles quoque in tertio de philosophia libro multa turbat, a magistro Platone non uno dissentiens; modo enim menti tribuit omnem divinitatem: modo mundum ipsum Deum dicit esse; modo quendam alium praeficit mundo, eique eas partes tribuit, ut replicatione quadam mundi motum regat atque teneatur: tum coeli ardorem Deum dicit esse, non intelligens, coelum mundi esse partem, quem alio loco ipse designavit Deum.“ Et ecce, cuncta haec, quin ullam textui Ciceronis cum Sam. Petito vim inferas, ne coeli quidem ardore Deo excepto, tametsi eum Buhlius agnoscere non potuit, habentur in Metaphysico libro nostro *A*, aut saltem ex illo elici utcumque a Velleio, si non vere, attamen stolidam quadam confidentia poterant; quippe quem Cicero cap. 8., ut Epicureum, depingit nobis loqui orsum „fidenter sane, ut solent isti, nihil tam verentem, quam ne dubitare aliqua de re videretur.“ Verum, utut se res habeat, nobis hic sufficit, ex Ciceronis, qui Velleium ita loquentem induxit, sive testimonio sive persuasionem ac fide demonstrari, librum illum *A*, in quo, ut diximus, cuncta ea, quae profert Velleius, quodammodo continentur, temporibus illius pro tertio Aristotelis de Philosophia habitum a viris

doctis. Hinc enim, si priora, quae adduximus, respicias perpendasque, et nostra iam opinio firmatur atque stabilitur, quâ libros metaphysicos aliquot, iusto ordine compositos, referre nobis opus Stagiritae de philosophia credimus, cunctisque probatum cupimus. Sed altius in hanc rem inquirendum.

Quaerat enim primum aliquis, quid sibi velint libri *περὶ φιλοσοφίας* coniuncti cum libris, quos accepimus, metaphysicis seu *περὶ πρώτης φιλοσοφίας*: sitne illis aliquid commune cum his, nec ne; et debeatne illa coniunctio Aristoteli ipsi, an casu, aut adornaione serioꝝum, velut Apellicontis aut alius cuiusquam sit orta? Haud difficilis huius quaestionis solutio illi, qui scripta Aristotelea penitus sit scrutatus. Nihil profecto aliud intelligere potuit Aristoteles sub nomine Philosophiae, quam quod aliquanto serius primam i. e. propriam philosophiam vocavit, cum ab ea discerneret accuratius Physicam et Mathematicam. Itaque cum scriberet opus de philosophia, re vera scribebat primam philosophiam, quam simul intelligebat summam seu supremam, iure quidem, ut qui ceteras eius partes inferiores et medias sub nominibus poeticae et practicae philosophiae, tum vero Physicae ac Mathematicae comprehenderet. Argumento denique sunt res ipsae, de quibus in libris *περὶ φιλοσοφίας* testibus Cicerone et Simplicio egit, prorsus respondententes aliquot libris nostris metaphysicis. Inest autem in his, si vel soles interim, quos monstravimus, *A* et *A* respicias, perlustratio sententiarum, quas antiquiores philosophi de substantia prima, a rebus sensibilibus discernenda, et simpliciter necessaria diversis modis tulerunt, eorumque ac imprimis Pythagoreorum de numeris aliisque mathematicis entibus disserentium, tum vero Platonis idearum acerrima percensio; aliorum deinde sententiae, ut Anaxagorae,

Empedoclis et Leucippi, quasi testimonii loco receptae, ex parte saltem approbatio; tandem propositio enucleatioque propriae sententiae de substantia prima, aeterna, procreatrix motriceque rerum, ipsaque immutabili, divina, et velut numine Deo, unoque domino. Quis enim, quaeso, dubitaverit, cum haec legat, introduci se ad potissimam philosophiam principemque, et, ut auctor ipse profitetur, theologiam? Quo admissio, solvitur et propositae supra quaestionis altera pars, sitne his libris de philosophia aliquid commune cum prima, quam vocat Aristoteles, philosophia. Non enim modo aliquid illis commune est, sed potissimam partem primariae philosophiae libri illi includunt. Superest ergo, ut tertiae partis dubitationem solvamus, ipsene Aristoteles hos libros, per se primum scriptos, postea primae suae philosophiae coniunxerit, an id alii cuidam sit adscribendum. Aperui prius, Aristotelem opus de philosophia conscripsisse, antequam se accingeret ad libros physicae acroaseos elaborandos. Tum quidem nondum cogitabat fortasse de prima philosophia latius etiam a se ac perfectius persequenda. Sufficiebant interea illi tres libri, quos in commentariis retentos auditoribus delectis explicaret. At dum Physica elaboraret, sensim illi oborta videtur voluntas primae quoque philosophiae a certis deductae principis determinatoque fine prosequendae et tanquam supremae maximeque universalis scientiae per se extruendae ac constituendae; id quod vel ex spe de illa in fine libri I. Acroaseos phys. brevissimis verbis tum primum iniecta satis patet. Ait enim ibi: „περὶ δὲ τῆς κατὰ τὸ εἶδος ἀρχῆς, πότερον μία ἢ πολλαί, καὶ τίς ἢ τίνες εἰσὶ, δι' ἀκριβείας πρῶτης φιλοσοφίας ἔργον ἐστὶ διορίσαι· ὥστε εἰς ἐκείνον τὸν καιρὸν ἀποκρίσθω. Crevit paulatim opus aliis aliisque λόγους, ut ipse vocat, ἐκ τῆς πρώτης φιλο-

σοφίας perscriptis, ex quibus hinc inde in Physicis quoque non pauca translucent, donec illi doctrina *περὶ τῶν πρώτων* sufficienter instructa atque perfecta putaretur. Hinc, si quis diligenter consideret Metaphysicorum nostrorum libros, quos quidem, et quomodo ac ordine authenticos demonstrabimus, inveniet ceteros omnes tribus potissimam, quos ostendam, *περὶ φιλοσοφίας* libris inservire; nec nisi in eum finem esse perscriptos, ut lectori inde a plenioribus quodammodo ac quasi perfectioribus redditis Analyticis, provide substernerentur universa ac singula, sine quorum scientia, distinctione ac divisione, summa illa doctrina, quae principalibus tribus libris ab auctore erat adumbrata, intelligi omnino ac percipi non posset. Sed ista cuncta paulo post, cum ad considerationem ac dispositionem totius operis *περὶ τῶν πρώτων* descendemus, perspectiora clarioraque reddentur.

Nunc praeter ceteris alia quaestio, prodicens ex prioribus, discutienda videtur. Cum admittamus, Aristotelem opus de Philosophia prima manu libris tribus adumbratum, serius compluribus aliis auxisse, efformatoque suo operi ampliori nomen *τῆς πρώτης φιλοσοφίας* dedisse, quaeritur, num tamen opus illud tribus libris constans aliquanto prius etiam per se editum ab Aristotele credi possit? Verum excipiat aliquis haec legens: ad quam rem nobis ista quaestio, absque historia, qua in hac re destituimur, insolubilis prorsusque inexplicabilis. Erit ergo saltem coniecturae locus fortasse non ab omni parte destituta. Narrat nobis, ut omnes norunt, Gellius Noct. Att. XX., 4. ex Andronici philosophi libro, in quo puto eum de Aristotelis vita et libris scripsisse, Alexandrum regem eo tempore, cum Darium proeliis et victoriis urgeret, negotiis his quasi sepositis, graviter, antea tamen, conquestum esse per epistolam cum Aristotele, quod sermones quosdam acrematicos, quibus ipse ab eo esset insti-

tutus, edidisset invulgassetque. Verba sunt Alexandri ex addita eius epistola, „Ὅν ὁδὸς ἐποίησας ἐκδοὺς τοὺς ἀκροαματικὸς τῶν λόγων. τίμη γὰρ ἔτι διαίσομεν ἡμεῖς τῶν ἄλλων, εἰ καὶ οὗς ἐπαιδεύθημεν λόγους, οὗτοι πάντων ἔσονται κοινοί; Ἐγὼ δὲ βουλομένη ἂν ταῖς περὶ τὰ ἄριστα ἐμπειρίας, ἢ ταῖς δυνάμει διαφέρω.“ Horum postrema Gellius minus, quam solet, circumspecte vertit: „Quippe ego doctrina antequam maxime, quam copiis atque opulentis,“ sicut ne satis quidem accurate ibi τοὺς ἀκροαματικὸς τῶν λόγων quasi pro cunctis disciplinis acroamaticis ab Aristotele tum editis accepit, cum tamen illo tempore, quo Alexander armis exercituque omnem prope Asiam tenebat, plurima eius physica scripta, exceptis ordine primis quibusdam, ne absoluta quidem, nondum edita esse poterint. Quibus igitur de libris seu sermonibus acroamaticis ab Aristotele tum editis in illa sua celebrata epistola conqueritur Alexander? an de illis, quae ad practicam et politicam philosophiam pertinebant? Sed hi libri multo ante videntur publicati; nec videlicet erat, quod de his editis rex Alexander quereretur; ac multo minus de illis, quibus artium disciplinas tractabantur. Restat ergo, ut Alexandro ipsi fidem habeamus scribenti, versata illa acroamatica περὶ τὰ ἄριστα, ab Aristotele magistro sibi ante prodita atque proposita. Ea autem, mea quidem opinione, praeter physica quaedam, vix alia fuerint, quam quae de philosophia remotiore subtilioreque Alexandro iuveni ab Aristotele tradita, exinde, ut e philosophi responsoria percipimus, ἐν ἀποφύκτοις asservabantur, nec nisi cum delectis et exploratis discipulis communicabantur: utque uno verbo dicamus, erant libri περὶ φιλοσοφίας, ut eos primitus Aristoteles compererat. De his, ubi eos cognoscemus, credo, etiam vere apud Alexandrum excusare se Aristoteles poterat, es-

se eos *ἐκδεδομένους, καὶ μὴ ἐκδεδομένους*, quoniam, ut Gellii verbis utar, iis solis, qui se audissent, cognobiles sint. Quodsi me non omnia fallunt, haec vera est interpretatio epistolarum Alexandri et Aristotelis, quas nobis historiae loco Gellius asseravit. Atque hinc patet, opus *περὶ φιλοσοφίας* aliquanto prius ex prima editione ab auctore fuisse publicatum, quam illi ceteros, quos habemus, metaphysicos libros coniungeret. Hinc tempora Ciceronis singulare istud Aristotelis de Philosophia opus, utpote et per se apographis frequentatum, perque Graeciam, Asiam et Aegyptum divulgatum, tam vero fortasse Romae quoque ac Apellicontis apographia agnita non fuerunt; hinc Diogenes Laërtius in suo Indice, illustratis bibliothecarum catalogis, separatim illud opus libris tribus enotavit; hinc denique Simplicius, ex antiquiore haud dubie commentatore, utcumque docuit, Aristotelem in illis libris de summo bono, i. e. de summo et optimo ente, quae ex ore Platonis hauserit, proposuisse, Pythagoricasque et Platonicas opiniones de entibus enarrasse. Verum tempus iam est, ut hos *περὶ φιλοσοφίας* libros propius cognoscamus, qui quidem, quantum ego sapio, cum tribus libris metaphysicis *M, N, A*, quidquid nitatur Samuel Petrus, non omnino conveniebant. Carnisset enim opus iusto principio, quod non nisi in libro metaphysico *A* nunc reperitur. Hunc igitur librum fuisse olim operis de Philosophia primum, res ipsa loqui videtur; nec audiendus hic Buhlius, qui eum propter stili, ut ait, levitatem, tum vero ob frequentiore in eo Auscult. physicarum respectum, aliaque temere ab ipso in hunc librum effusa, vel prorsus spurium declaratum, cupit. At contra, genuinum esse hunc librum, et sine dubio primum, argumento, praeter prolusionem, quae operis initio mire convenit, praecipue est histo-

rica illa, quam dixi, in hoc libro perlustratio sententiarum et opinionum; quas antiquior philosophia de mundi rerumque principiis protulerat; digna profecto Aristotelis genio, imo quam praeter eum vix alium putes ratione tam compendiosa, tamque digesta ac perpensa exsequi potuisse. Eam, cum a capite tertio ad sexti finem porrigitur, excipit inde eandem opinionum strictissima discussio adusque libri terminum procedens. In hac posteriore parte advertendus imprimis est locus, contra Ideas Platonis depugnans, qui a capitis 7mi verbis „*οἱ δὲ τὰς ἰδέας ἀτίτλας τιθεμένοι*“ usque ad verba „*καὶ διὰ τοιαύτας αἰτίας, οἷας καὶ ἔτι φηθέντα νῦν*“ pertingit, fere ad verbum consentiens cum libri M capitis 4ti verbis „*ὥστε συνῆρπαιεν αὐτοῖς σχεδὸν τῷ αὐτῷ λόγῳ*“ usque ad capitis 5ti finalia verba „*ὅμοια τοῖς τειθεωρημένοις*“ Sed de hoc loco paulo inferius dicemus. Interim satis sit monere, hanc adversus Ideas praeviam veltationem, quam Simplicii verba superius adducta potissimum respicere videntur, convenientissime in libro A, quem primum de Philosophia credimus, ab Aristotele positam nobis putari. Ceterum, quoties in hoc libro auctor ad ea provocat, quae sit se *ἐν τοῖς περὶ φύσεως* tractasse, perpetuo Acroaseos phys. librum, quem vidimus, primum innuit; nec alium intelligere videtur, cum circa libri finem semel *τὰς εἰρημένους ἐν τοῖς φυσικῶς αἰτίας* memorat. Citat tamen et initio statim libri cap. 1. Ethica sua, videtur respicere, quae hodie in Nicomacheorum libro sexto leguntur: tum cap. 5, ubi *αἴτ, διδιδοισται δὲ περὶ τούτων ἐν ἑτέροις ἡμῶν ἀρχιβεωτόρον*, satis aperte significat, quae adversus Pythagoreos ex Indice Diogenis N. 96 et 100 composuerat, ut inde non abs re nobiscum coniicias, libros *περὶ φιλοσοφίας*, quamvis eodem fere tempore cum Ethicis ab auctore iam adumbratos, tamen diu fuisse in commentariis

apud illum retentos, castigatos immutatoque, donéc cum Physicis quibusdám prima vice in lucem ederentur. Simul autem cum observes vice versa in Ethicis, et frequentius quoque in Physicis libros de Philosophia citari, prorsus convincáre, nihil omnino, aut saltem rarissime certi aliquid ac definiti de tempore, quo singula Aristotelis opera conscripta sint, ex solis eiusmodi citatis posse ad nos redire, quoniam apparet, multa, imo pleraque citata talia ab auctore tum primum textui librorum esse connexa, cum universa opera sua, quasi ab ultima manu, iterato percenseret, integrumque philosophiae suae systema adornaret. . Compositibnem denique ac stilum geniumque libri *A* qui neget esse Aristotelis, cum non immerito ridet Syrianus, graecus Staginitae commentator, tanquam socordem lectorem, ut qui non observavit, auctorem ipsum in posteriore aliquo metaphysico libro ad illum librum respicere. Non prodit nobis quidem nominatim, ac signatim Syrianus in ea parte Commentarii sui, quam, ex Latina versione et numeratione Hieronymi Bagolini, in *Metaphysicorum* libros III., XIII., XIV., Venetiis 1558. 4. impressam accepimus, librum illum alium et locum, in quo Aristoteles ad *A* respiciat; nec modo unus est liber, quantum equidem observavi, in quo ad *A* respicitur; confido tamen, me omnes, ac imprimis illum, qui ad rem, quam nunc quaerimus, potissimum facit, feliciter reperisse, atque ita me iam aperire posse, qui liber operis de Philosophia secundus a nobis sit censendus.

Expromtis in libro *A* antiquiorum de rerum origine sententiis, terminat Aristoteles caput 6tum in verba, *πὼς δὲ τούτων ἕκαστος εἶρηκε, καὶ πὼς ἔχει περὶ τῶν ἀρχῶν τὰς ἐνδεχομένας ἀπορίας, μετὰ τοῦτο διέλθωμεν περὶ αὐτῶν*. Diudicatis deinde breviter sententiis illis, finit librum his verbis: *ὅσα δὲ περὶ*

τῶν ἀρκῶν τούτων ἀπορήσεις ἂν τις, ἐπανέλθωμεν
 πάλιν· τάχα γὰρ ἂν ἐξ αὐτῶν εὐπορήσαιμεν τι πρὸς
 τὰς ὑστερον ἀπορίας. Incipit autem liber metaph.
K a verbis: "Ὅτι μὲν ἡ σοφία πρὸς ἀρχὰς ἐπιστήμη
 τίς ἐστὶ, δῆλον ἐκ τῶν πρώτων, ἐν οἷς διηπόρηται
 πρὸς τὰ ὑπὸ τῶν ἄλλων εἰρημένα περὶ τῶν ἀρχῶν.
 ἀπορήσεις δ' ἂν τις etc. Quaeso, num apertius ac
 evidentius monstrari aliquid potest, quam his verbis
 monstratur, post *A* illico sequi debere *K*, atque adeo,
 cum *A* primum de Philosophia librum cognoverimus,
 necessario *K* fore eiusdem operis librum se-
 cundum? Sequuntur iam in libro *K* ipsae, quas
 expectabamus, ἀπορίαι ἰ. e. dubitationes, partim
 principia rerum, partim ipsam summam philosophiae
 constituendae rationem attingentes, caeque breviter pri-
 mum ac concinne capitibus 1mo et 2do proponuntur.
 De Ideis tantum, quod praevide advertendum, cap. 1.
 dicitur: τὰ μὲν γὰρ εἶδη οὐκ ἔστι; δῆλον, quia
 scilicet in libro *A* satis ad convellendas eas atque
 explodendas allatum erat; unde simul efficitur, libros
 metaphysicos *M* et *N*, in quibus haec materia per se
 et quasi de integro tractatur; nihil ad opus de Phi-
 losophia pertinere; id quod affós in maximum erro-
 rem abduxit. Nbs sño tempore et loco cunctas has
 nebulas spero feliciter disicietas. At nunc a capite
 3tio libri *K*, quem alterum de Philosophia iure
 habemus, incipit ex ordine iam dubitationum propo-
 sitarum solutio, qua simul scientiae summae seu pri-
 mariae philosophiae ratio ac forma constituitur, ve-
 ritatis omnis supremum axioma, quod principium con-
 tradictionis vocari communiter solet, illustratur, opi-
 niones Heracliti, Protagorae aliorumque de rerum
 natura remouentur atque exhibentur, ipsaque prima
 philosophia sollicitè a Physica et Mathematica sicut
 ab omni poetica et practica philosophia discernitur.
 Tum vero a capite 8vo descenditur ad propiorem con-

considerationem τοῦ ὄντος plurifariam dicti, primumque ostenditur, nullam esse scientiam τοῦ ὄντος κατὰ συμβεβηκός, sed solum τοῦ κατ' αὐτὸ ὄντος, idque ipsum quam accuratissime iuxta species suas et causas distinguitur, donec usque vel iam ex his perspicatur, originem mundi causamque rerum ἀπὸ τοῦ τοῦ καὶ τῆς πύσεως. i. e. a summa mente, et natura seu vi creatrice philosopho potissimum esse repetendam. Iam rerum naturalium seu οὐσίας τῆς αἰσθητικῆς contemplatio ad Physicam magis spectabat, quam ad primam philosophiam, et videtur Aristoteles tum temporis maxime in conficiendis ceteris libris *Acroasos physicas*, quos inde a secundo vidimus, occupatus fuisse. Itaque praesertim a capite 9. sufficiebat illi, ex *Physicis* suis universalibus potissimum quaeque de motu, de infinito, de mutatione, imprimisque de generatione et corruptione aliisque paucis, quae cum his connexa sunt, summam et prout primae philosophiae conveniebant, hoc loco attingere et quasi praestare. Erant enim haec tum adhuc nova, poteratque his latius explicandis apud delectos auditores suos adhibere interim praedictos *physicos* commentarios, donec ipsi per otium liceret, elaborare alias quasdam eorundem rerum profundiores primaeque philosophiae aptiores et quasi decretorias disquisitiones.

Finito igitur in hunc modum interim libro de *Philosophia secundo*, ad propositum τῆς οὐσίας considerationem transit Aristoteles in tertio libro, quem iam non modo fulti acumine Samuelis Petiti, sed veterum etiam auctoritate haudquaquam dubitanter eundem prorsus cum libro metaphysico *A* pronuntiare. Persequitur in hoc primum auctor particularem quidem, sed rebus mire coagmentatis perplexam, veritasque non ante explicitis quam brevissime cohibitam contemplationem substantiae, quae sensu percipitur,

principiorumque eius atque causarum subtilissimam indagacionem usque ad caput 6tum. Hinc vero iam, physicam supergrediens philosophiam, ad illud remotum a sensibus, rerumque omnium primum, per se necessarium ac optimum ens se attollit, Deum id appellans; quo patefacto postremum hunc operis de Philosophia librum terminat in verba Homericæ, ὄνκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη. εἰς κοίρανος, ingeniosissime profecto ad significatum excelsissimum translata. Hic autem erat scopus, quem Aristoteles his de Philosophia libris, ut ipse in prooemio libri *A* cap. 2. fin. profitetur, attingere voluerat.

Itaque crede iam praeter spem ostensum a nobis est, si ex *Metaphysicis A, K*, et *A* coniungantur, habituros nos denuo libros illos tres, quibus olim praestantissimum Stagiritæ opus *περὶ φιλοσοφίας* constituerat: an penitus ad verbum, non equidem prorsus affirmarim; attamen ut praeter pauca, in his libris fortasse cum posteriore transformatione operis mutata, cetera antiquis illis libris de Philosophia, quos aetas Ciceronis novit, ferme respondentia existimari possint. Quod enim Velleius apud Ciceronem, ut supra vidimus, Aristotelem incusat, quasi in libro tertio de Philosophia, recedens a Platone magistro, multa turbet, id nihili est. Probe vidit noster, quid ageret, cum de substantia summa suam sententiam aperiret, fatereturque haec esse, quæ, ut scitu dignissima, Alexandrum aliosque discipulos suos decuiasset. Itaque a capite 6to libri *A* non iam ulterius reticet, quæ de mente divina sentiat, sed pressis atque urgentibus argumentis exprimit, donec cap. 7mo in verba finiat „ταῦτο γὰρ ὁ θεός.“ Haec illa sunt, de quibus Velleius pronuntiat: „μόδοι enim menti tribuit omnem divinitatem.“ Quia vero apud Aristotelem Velleius, ut mali recedentes, τὸ πρῶτον κινεῖν ἀκίνητον αὐτὸ, ἐπερὶ εἰς ὄνκ, non satis

discernit, aut de industria discernere non vult ab eo, ο ἀεὶ κινούμενον κινεῖ κίνησιν ἀπαιστον, adiicit, „modo mundum ipsum deum dicit esse,“ cum quidem Aristoteli mundus θεῖον πρᾶγμα sit non tamen θεός. Iam quae sequuntur, „modo quendam alium praeficit mundo, eique eas partes tribuit, ut replicatione quadam mundi motum regat, atque tueatur,“ haud dubie a Velleio efficta sunt ex iis, quae capite 8vo ab Aristotele proferuntur, desumpta ex Eudoxi et Callippi astrologorum expositionibus de motu coelestium globorum, ubi et de latrone planetarum, extimo coelo contraria et pluriformi, agitur, ad quam explicandam, praeter sphaeras circum seu orbem cuiusque planetae dirigentes, alias etiam σφαίρας τὰς ἀνελιτιούσας i. e., ut ait Velleius, replicantes accersere illis astrologis visum erat. Sed haec non adversantur Aristotelis doctrinae de Deo. Utcunque enim astrologi siderum motus explicant, innitentes principiis scientiae astronomicae, aliud tamen est negotium summae philosophiae, quae rerum originem motusque omnis principem causam quaerit. Hinc Aristoteles in disceptanda quaestione, πότερον μίαν θετέον τὴν τοιαύτην οὐσίαν, ἢ πλείους, καὶ πόσας, aliorum quidem opiniones, et in his astronomorum illorum scita recenset, e quibus, ut ait, non inconsequenter aliquis plures eiusmodi substantias assumerit: ipse tamen huic sententiae minime adstipulatur; immo tanquam dubitationem illatam refellit, inque sua sententia de uno Deo, quam pluries repetit, persistit. Denique cum addit Velleius „tum coeli ardorem deum dicit esse, non intelligens, coelum mundi esse partem, quem alio loco ipse designavit deum.“ Prorsus refert illum, quem Cicero depinxit, fidentem sibi et loquaculum Epicureum. Arripuit autem haec, ni fallor, ex postrema parte capi-

tis Ζητι, ubi Aristoteles iisdem paene verbis, quibus utitur in fine librorum de Motu perpetuo, quos de Coelo primum et secundum supra ostendimus, demonstrat, *ὅτι μέγιστος οὐδὲν ἐνδέχεται ἔχειν παύτην τῆν οὐσίαν, ἀλλὰ ἀμερῆς καὶ ἀδιαίρετός ἐστι.* Reminiscebatur nempe aut inaudierat Velleius, Aristotelem in libris de Coelo, ut adhuc habentur, et quidem I., 2. 3., tale aliquid dicere de elemento quinto, ex quo aethera corpora constant, esse id divinius ceteris, nec genitum, nec interiturum, adeoque *ἀναλλοιώτων* recte putari; quod non erubuit illé hic soeli ardorem interpretari, cum tamen id Aristoteles longe aliud quiddam arbitretur, quam ignem, et vel etiam Deum facere, prodens aperte, quam negligenter ac stupide Physica tanti auctoris tractaverit, Tantum abest, ut Aristoteles talem sibi Deum finxerit, ut contra videamus illum ne in Platonis quidem Deo, i. e. in principio quod ipsum a se moveatur, adquiescere potuisse, postquam cognoverat, motum omnem ab aliquo immoto atque immutabili proficisci debere. In hoc postremo igitur vim divinam quaerendam esse observavit; ac praeterea vidit, ab homine non nisi analogia quadam mentis humanae animique Deum posse aliquatenus attingi atque agnosci. Quam viam ingressus, deducit nos in huius libri capite postremo ad ideam numinis divini per se absque corporea mole aeternum vigentis, sapientissimi et optimi. Huius interna vi docet esse procreatum mundum. Movet autem illud summum numen, quin ipsum moveatur, veluti quod admiratione sui, amore, desiderioque motum in aliis ciet. Quae vero moventur, alia porro movent, ita sapienter subordinatis natura ac dispositis universis et singularis, ut, dum aliud ex alio pendeat, cuncta tamen ad primum auctorem, motorem ac conservatorem referantur, cuius gratia existunt, et ad quem tanquam

finem tendunt. Demum nihil in hac mundi constructione ait esse inconcinnum, absonum, et quod plurimum interventione ac ope deorum egeat; neque enim plurimum in una civitate principatum nisi malum regimen: proinde mundi quoque non nisi unum esse principem ac dominum. Quod si quis dicat, ideam istam de Deo, quam Aristoteles concepit ac proposuit, nihil aliud esse, quam correctionem Platonicae doctrinae, nec nisi mentis eius acie coniectationeque in-niti, non erret mea quidem opinione. Quid autem ulterius a philosopho homine poscas, cum, quod vere dixit Cicero, in rebus non modo divinis, sed saepe etiam in humanis nil nisi magni opinatores et coniectatores simus? Nihilo minus tamen admirabile ingenium Aristotelis, quo sensit satius esse, de Deo veriora coniectare, quam falsis immorari. Sed nobis nunc non de philosophia Aristotelis, verum de librorum eius ordine indicium ferendum. Itaque sufficiat demonstrasse, quae Velleius e tertio Aristotelis de Philosophia libro attulit, ea cuncta posse quodammodo e metaphysico libro *A* elici, si id Velleius aliquis interpretetur, atque ita non esse cum Buhlio dubitandum, quin Velleius hunc librum designatum velit, quem nos, consideratis cunctis, operis de Philosophia, ut illud Aristoteles primum ediderat, tertium declaravimus.

Pulchre perspexerat Aristoteles, cum primum libros de Philosophia, accedente tum, ut suspicor, non nisi uno illo libro *περὶ φύσεως*, seu *περὶ ἀρχῆς*, quem primum Auscultationum phys. habemus, quemque et solum in *A* *περὶ φιλοσοφίας* laudat, ederet, nemini facile lectorum hos fore penetrabiles, nisi qui suis auditionibus commentationibusque interfuissent. Itaque Alexandro, de librorum istorum divulgatione querenti, vere potuit rescribere:

Ἐγραψάς μοι περὶ τῶν ἀκροαματικῶν λόγων, οἷός μὲ

νος δαῖν αὐτοὺς φυλάττειν ἐν ἀποδρήτοις. ἴαθι οὖν
 αὐτοὺς ἐκδεδομένους καὶ μὴ ἐκδεδομένους· ξυνητοὶ γὰρ
 εἰσι μόνοις τοῖς ἡμῶν ἀκούσασιν. Confirmat id Plu-
 tarchus, qui, postquam in vita Alexandri cap. 7. ea-
 dem fere, quae Gellius, ex eodem videlicet fonte hau-
 ata, depromsit (nisi quod etiam clarius Plutarchus de
 libris *περὶ φιλοσοφίας* ab Aristotele, tum publi-
 catis loquitur, quam Gellius) adducta Alexandri epi-
 stola integra, ex Aristotelis verò responsoria decer-
 ptis tantum universim verbis, quibus se Philosophus
 de editis illis libris *ὡς ἐκδεδομένων καὶ μὴ ἐκδεδομέ-
 νων* purgaverat, addit his ultro suum iudiciū, dum
 scribit: *Ἀληθῶς γὰρ ἡ μετὰ τὰ φυσικὰ πραγμα-
 τεῖα πρὸς διδασκαλίαν καὶ μάθησιν οὐδὲν ἔχουσα
 χησίμων, ὑπόδειγμα τοῖς πεπαιδευμένοις ἀπ' ἀρχῆς
 γέγραπται.* Quibus verbis, haudquaquam ab aliena
 manu, ut Buhlius autumat, ad textum Plutarchi ad-
 scriptis, sed a Plutarcho ipso profectis, insuper et
 hoc edocemur, ipsam Plutarchum sua aetate in eo-
 dem errore verasum, quo ferè docti omnes inde a
 longo tempore tenebantur, cum existimaret, fuisse
 eos libros acroamaticos, de quibus se Aristoteles apud
 Alexandrum purgasset, prorsus eosdem cum illis,
 qui suo aetate *τὰ μετὰ τὰ φυσικὰ* appellabantur. Ac
 erant quidem in his sane etiam illi tres, qui olim de
 Philosophia peculiare illud, quod vidimus, efficiebant
 opus, in quo *ὡς ἐν τύπῳ* doctrinam de substantia sum-
 ma Aristoteles discipulis suis adumbraverat. Sed non
 de his solis Plutarchus loquitur, verum de tota se-
 rie librorum, quos et hodie metaphysicos Aristote-
 lis vocamus. Ac de hac quoque illud Plutarchi iu-
 diciū verum erat, modo alia de causa, quam Plu-
 tarchus aliique suspicabantur. Quaerebant enim illi
 causam obscuritatis et distortionis doctrinae, quae hac
 librorum serie contineretur, in ipso Aristotele, cum
 potius aliunde quaerenda esset. Nam Aristoteles qui-

dem principales suos de Philosophia tres libros potestea aliis subiunctis libris clariores reddiderat. Verum accedente serius librorum eius confusione, huiusque imprimis operis turba, cum inter se permixti libri, principales cum accessoriis, ferrentur, vix amplius formam ullius integrae atque absolutae *πραγματείας* libri isti exhibebant: illud modo legentibus eos atque utcuque pro iudicio suo digerentibus se offerebat, agi in illis de substantia, ut cum theologis loquamur, supernaturali, nec collocari eos posse loco aptiore, quam post cuncta physica; unde factum, ut illis etiam ex positu nomen τὰ μετὰ τὰ φυσικά inde-
retur. Interierat autem cum disturbata operis antiqua forma necessario quoque lux doctrinae paene omnis, quae ordine potissimum rerum pertractatarum ac transitione a primis quibusque ad subsequencia in opus universum diffundebatur. Quocirca mirum esse non debet, quod Plutarchus, et cum illo alii pluri-
mi veterum aequae ac recentiorum, de omni illa librorum metaphysicorum Aristotelis serie sic opinabantur, quasi nihil integrae ac perfectae doctrinae in illis quaerendum foret, quoniam, ut putabant, scripta haec ab auctore essent non instituentis, sed institutis iam inde a principio scholaribus: id quod de principalibus libris tribus verum fortasse dictum fuerit, non vero de pleniori opere *περὶ τῶν πρώτων*, ut illud Aristoteles, providentia quidem sua consulens posteritati, nequiens tamen librorum suorum declinare infortunium, constituerat. De hac igitur maioris *περὶ πρώτης φιλοσοφίας* operis forma seu *πραγματεία* pascit iam locus, ut, quae arbitramur feliciter nos aliis pervidisse, paucis exponamus.

Discimus e commentario Averrhois in metaphysicos Aristotelis libros, qui commentarius ipse magnam partem antiquiori graeco commentatori Alexan-

dro Aegaeo debetur, Nicolaum Damascenum, Augusti temporibus Romae degentem, inter alia edidisse opus sub titulo, quem et e glossa in fine libri metaphysici Theophrasto adscripti novimus, ἡ θεωρία τῶν Ἀριστοτέλους μετὰ τὰ φυσικά, in quo ille perhibetur questus esse de confusione librorum Aristotelis metaphysicorum, existimans, hanc scientiam debere doceri praestantiori ordine. Eum quidem Averrhoes refellere admittitur, sed frustra. Omnes enim exinde docti viri, et in suo Aristotele versatiores, disturbati aliquid in libris metaphysicis plus minus senserunt. Atque utinam nobis Averrhoes aliquanto signatius enotasset, quae Nicolaus in ordine librorum illorum reprehenderat! nunc enim amisso eius libro nil aliud percipimus, quam desiderasse Nicolaum in Aristotele convenientiorem disciplinae ordinem. Et fortasse libri metaphysici temporibus Nicolai ne hunc quidem omnino ordinem referebant, quem hodie videmus; siquidem posteriori aevo, ut probabile, nonnulla in eo permutata sunt. Sed neque videtur mihi Nicolaus Damascenus primus aut nomen operis τὰ μετὰ τὰ φυσικά usurpasse, quamvis hodie neminem antiquiorem, qui hoc usus sit, novimus, aut de ordine librorum vitiatum prior aliis questus esse. Nam antè illum certe iam Andronicus Rhodius, et Tyrannio idem observabant iudicabantque, sed non erat illis praesto, unde Aristoteli sibi que auxiliarentur. Opus enim περὶ πρώτης φιλοσοφίας, ut illud Aristoteles postrema cura concinnaverat, ab illo, dum viveret, si quid ego recte coniiicio, non erat divulgatum, sed Theophrasto, ut id magis fortasse etiam perficeret, traditum; id quod vel liber ille metaphysicus, sub Theophrasti nomine (nec credo falso) ad nos propagatus, docet: in eo enim occurrunt haud exigui momenti res ad diffiniendam magis stabiliendamque doctrinam Aristotelis de Deo

excogitatae, quas sibi in hunc quasi hypomnematicum commentarium Theophrastus breviter et punctim connotasse videtur. Non poterant ergo, ut equidem censeo, descripti per librarios libri Aristotelis *περὶ τῆς πρώτης φιλοσοφίας* ad Atheniensem aliquam aut Alexandrinam bibliothecam perferri, neque dum Aristoteles vixit, neque dum Theophrastus, qui ipse similem doctrinam composuit; sed hi libri omnes relictī a Theophrasto videntur mihi Neleo Scepsio; ab eoque traditi posteris, donec absconditi per sat longum temporis spatium, tum vero protracti denovo, in manus Apellicontis, ut historia fert, pervenirent, qui eos male habitos et conturbatos pro suo captu in quendam ordinem non ordinem redegit, atque ita describi curavit, exemplariaque frequentata divendidit. Hinc credo factum, ut, etiam qui Romae postea ex antigraphis Apellicontis hos libros nacti essent, observarentque disturbatum eorum ordinem, nihil tamen opis in Alexandrino aut Atheniensi aliove aliunde allato exemplari reperirent, quod consentirent exemplaria inter se cuncta; utpote ex una Apellicontea fabrica emissa. Accedebat praeterea, quod tres illi libri *περὶ φιλοσοφίας*, ab auctore, ut vidimus, peculiari opere publicati, plurimorumque inde manibus triti, Apellicontem, cum turbatos Aristotelis libros ordine collocare vellet, facile in errorem perducere poterant, et vel etiam perducebant, cogitantem, hos nihil ad ceteros de substantia prima agentes, seu, ut loquimur, metaphysicos pertinere, utpote singulare pro se opus constituentes: nihil enim ille neque compertum habuisse, neque ex lectione librorum suspicatus fuisse videtur, quo modo Aristoteles ex his et aliis suis libris serius pleniorē multo doctrinam *περὶ τῆς πρώτης φιλοσοφίας* composuerit. Itaque tribus illis, pro consueto more congregatis, remanebant illi ceteri libri *περὶ τῶν πρώτων*, qui, quo

modocunque eos componeret, nullum tamen totum ac perfectum opus praeberent. Ac videtur mihi Apellido his libris propterea, quod cognosceret saltem, post *Physica* eos esse statuendos, nomen τὰ μετὰ τὰ φυσικά indidisse; quod aliquanto serius ab aliis, qui iustam in iis rationem scientiae desiderarent, cum nomine ἀτακτὰ commutatum, sicut Diogenis index refert. Exeruit subsecutis temporibus ista librorum series haud dubie criticos complures, quorum unus et alter forsitan agnovit, coniungi aliquo modo cum illa debere libros *περὶ φιλοσοφίας*, siquidem integra scientia perfectique cuiusdam operis forma de rerum principio exhinc petatur. Orta mihi hac via videtur illa operis compositio, quam Anonymus Menagii in suo indice sub titulo τῶν διατάκτων producit. Ea, cum forte nacta auctoritatem diutius servaretur, effecit procul dubio, ut paulatim libri *περὶ φιλοσοφίας* non amplius separato opere et titulo a librariis frequentarentur: inerant enim in maiori corpore τῶν διατάκτων. Sed hoc ipsum corpus procedente tempore probabile est coepisse displicere nonnullis, qui putarent, conquirenda porro ex scriptis Aristotelis membra eius esse alia, etiamdum hic illic disiecta: quodque fere in omnibus humanis operibus accidere solet, ut studentium fervor in alterum extremum, dehinc vero in alterum feratur, antequam in medio et vero consistat, inventi sunt primum, qui Acroaseos physicae, ut numerabant, octo libros coniungerent cum duodecim διατάκτων libris, efformarentque ex his cunctis unum corpus viginti librorum sub novo aut renovato titulo *Μεταφυσικά*, quale nobis itidem iam index Anonymi Menagiani monstrat. At contra hos nitebantur, quibus abunde videretur, si διατάκτοις duodecim apto loco intersererentur duo libri alii. Eligebant autem ad hanc transformationem prae ceteris fragmentum, cui alibi locum reperire non pote-

rant, feceruntque id librum primum minorem, ut vocabant, *Metaphysicorum*, ineptissima quidem induta sic libri unius, qui operis primus esset, suppartitione, quae scilicet *Aristotelis* crederetur. Tum vero ex *Logicis* transferebant librum *περὶ τῶν ποσῶν* seu *πολλαχῶς λεγομένων*, quia observabant in *διαλέκτοις* hunc ab auctore frequentius invocari, eique nunc locum assignarunt in suis *Metaphysicis* quartum. Ita, si quid ego recte divino, ortum est nobis corpus *Metaphysicorum*, constans ex quatuordecim seu potius tredecim libris, ab *A* usque ad *N*, cuius auctoritas per aedii aevi secula obscuriora invaluit, codicibusque in hunc modum perscriptis aetatem tulit neque ad *Sant. Petrum, Duvallium et Buhlium*, qui eum distortum miserimeque vexatum corpus viderent quidem, et curam ei atque medicinam adhibere tentarent, non valuerunt tamen restituere illi pristinam suam et veram formam, sed curationem quasi de integro experiendam posteris reliquerunt.

Proposui breviter praestantissimi operis *Aristotelis* fata, non commentitia, sed coniectitia, ut conveniens est in re tali, quae, tametsi obmutuerint testes, tamen probe lustrata solerterque ac constanter quaesita, ipsa signis evidentibus patrata in semet facinora loquitur, atque ipsius quasi testimonium praebet. Superest, ut aperiam simplex auctoris artificium, quod vel propter istam simplicitatem restauratores huius operis omnes adhuc delusit, et me quoque (cur enim non fatear?) diutissime, quid agerem, quid opis suaderem, incertum tenuit, donec confidenti meo in tanti auctoris diligentiam iam assiduo, iam interrupto, ac iterum iterumque repetito studio, comparationique membrorum partiumque inter se cunctarum indefessae, familiaritatisque, ut ita dicam, intimae cuidam cum huius operis genio contractae, tandem aliquando praeter expectationem emicuit, et effulsi.

et me cum pudere quodam, quod id non prima statim lectione viderim, coniuncta laetitia gloriolaeque beavit. Proclivior multo a me iam lectoribus ad hanc rem diiudicandam reddita est via, quod tenemus, Opus *περὶ φιλοσοφίας* in libris Metaphysicorum nostrorum *A, K, A* contineri. *Ἐρμῶν* istud nobis nunc lucem praeferet, ut, consideratis curius ceteris metaphysicis libris, ultro et faciem amplioris ac absolutissimi *περὶ τῆς πρώτης φιλοσοφίας* operis cognoscamus. Noverat, ut praemonui, Aristoteles, opus suum de Philosophia non facile a quaequam penitus intelligi posse, quod se non andragit, noluit tamen hominibus aliis, operum suorum studiosis, putari reliquisse se *μυστήρια*, ut Pythagorae huius *ἀποκρύφια*, cuiusmodi erant Platonicae ideae in Itaque, dum intentus erat Physicis suis constructionibus, delectis discipulis exponere in *παρρησία* arcana summæ philosophiæ. Ac primo quidem monebat, adendum ac diligenter versandum esse ex suis libris tractatum *περὶ τῶν πολλαχῶς λεγομένων*, quoniam ex distinctione significatus verborum, quibus philosophia nititur, initium omne petendum esset ad rerum ipsarum cognitionem. Hinc et sapientissime in cunctis Metaphysicis hic libellus invocatur, quod seniores ita accipiebant, ac si Aristoteles librum illum omnino partem sui operis de prima Philosophia fecisset, atque idem eum in ordinem librorum metaphysicorum inseruerunt; quod, meo quidem iudicio, neque necessarium, neque ex Aristotelis mente aptum erat. Deinde autem, cum ad illustrandam librum de Philosophia primam Aristoteli præsto essent Collectanea, quas in Diogenis indice N. 91-100 vidimus, animadvertit eximius doctor, merito maiorem operam sibi deponere expositionem libri de Philosophia secundi, ut quem ille magnam partem primis ac incoëtantibus tantum lineis adumbraverat. Erat autem haec omnis pars

ne, non modo universalis, sed etiam particularis. Physicae scientia substernenda, cuiusmodi et auxilium ex parte saltem priora quinque capita libri de Philosophia tertii requirebant. At ille tum adhuc in elaborandis physicis libris totus occupatus tenebatur. Verisimile mihi est igitur, cum per aliquod tempus in commutatione rerum singularum voce tantum, non scripto, esse usum, donec perfecta sat magnam partem Physica et occasionem, et otium, et vel etiam animum ei, fecerunt adgrediendi novi quodammodo operis, per quod illi de Philosophia libri transformati in pleniorum et absolutiorum doctrinam Philosophiae primariae ac supremae evaderent. Qua re delibata, et scriptis etiam paulatim libris subsidiariis instituta, tum demum aedit illi, si quid ego recte iudico, sententia libri de Philosophia secundi prorsus quodammodo abiiciendi aut seponendi, in eiusque locum substituendi alios libros complures, quibus inter cetera, in inter librum de Philosophia primum et postremum sufficientius expleretur. Igitur statim pro primis duobus capitibus libri *K*, qui hactenus de Philosophia secundus erat, substituit librum metaphysicum *B*, in quo ἀπορία de scientia praestantissima, nunc etiam accuratioris delectu habito, artificiosissime ingeniosissimeque cum respectu logicae seu analyticae doctrinae, nec sine urbanitate et ironia Socratica pertractantur. Quo autem prorsus persuasum te sentias, cohaerere hunc librum debere iam cum libro *A*, quem hactenus de Philosophia primum habuimus, curavit sollicite auctor in prima statim ἀπορία proponenda, ut scriberet: "Ἔστι δ' ἀπορία, περίη μὲν, περί ἡν ἐν τοῖς πεφροισμασμένοις διαπορήσασμεν etc.; quibus verbis apertissime remittit te ad prooemialia libri *A* et eam disceptationem praevidiam, quae ibidem capite secundo legitur. Itaque, ut supra monui ad Syriani visum, plures sunt ex ce-

teris metaphysicis nostris libris, quibus Aristoteles ad librum *A* respicit, unus *K*, ex quo didicimus, hunc librum fuisse aliquando de Philosophia secundum, alter, quem tibi nunc monstravimus, *B*, ex quo evidenter redit transformatio illa, quam tibi iamiam ante oculos posuimus. Sed habes et insuper alium locum in libro *B* cap. 2., ubi legitur: *ὡς μὲν οὖν λέγομεν τὰ εἶδη αἰτιά τε καὶ οὐσίας εἶναι καθ' ἑαυτὰς, εἴρηται ἐν τοῖς πρώτοις λόγοις περὶ αὐτῶν*, quem fere nihil dubitem; quin etiam ad librum *A* respiciat, in quo de Ideis tam multa contra Platonem disputata sunt: nisi forte putes Aristotelem hic potius innuere librum illum singularem, quem ex Diogenis indice N. 54. de Idea scripserat. Ceterum ne turbet te, quod plurali numero hic dixerit, *ἐν τοῖς πρώτοις λόγοις*. Constat enim fere quivis liber Aristotelis ex pluribus eiusmodi partibus, quos *λόγους* auctor vocitare solet: atque idem Plutarchus laudato supra loco ex vita Alexandri solerter scripsit, *ἔδιδασκεν Ἀριστοτέλην λόγους τινὰς ἐν βιβλίοις*. Sed satis de hoc, ut ad ea, quae nunc maxime agimus, redeamus. Somnium enim Buhlii de hoc quoque libro interpositum silentio potius praetereundum.

Post *B* scito Aristotelem librum *Γ*, prorsus ut Metaphysica nostra habent, collocasse, quem observabis latius aliquanto, sed et accuratius exponere tibi ea, quae capitibus 3 — 7 libri *K* legeras. Procedit autem disceptans de his potissimum ex ordine dubitationum, ut eas in praecedente libro *B* exprimerat, ad quem hic cap. 2. respicit scribens: *φανερὸν οὖν, ὅτι ἐν ταῖς ἀπορίαις ἐλέχθη* etc., easque iam dubitationes eodem fere, quo proposuerat, ordine ab hoc tertio *περὶ πῆς πρώτης φιλοσοφίας* libri dissolvere incipit. Ceterum non modo liber *Γ* certissima authenticae signa prae se fert, tot aliis Aristotelis scriptis in eo citatis, sed prodit se etiam serius elabora-

tum eo fine, ut dilucidiora per eum reddantur, quae multo strictius in *K* olim proposita erant. Exitus libri paene inexpectatus et abruptus ciet expectationem. Videtur auctor paulum subsistere et quasi respirare. Amat quippe hoc Aristoteles in grandioribus suis operibus, ut, cursu per aliquot libros peracto, parvum quodammodo intervallum quaerat, post quod, retractatione quadam ante dictorum, et quasi alia praefatione adhibita, pergat ad ulterius propositum persequendum. Quod cum et hoc loco fieri quidam adverterunt, arripientes occasionem, libellum *περὶ τῶν πολλαχῶς λεγομένων*, tanquam operis *A* i. e. quartum hic inseruerunt; quod, quamquam tunc temporis lectoribus Metaphysicorum non inutile, et vel etiam exoptatum accidit, tamen, quam parum ad mentem Aristotelis accommodatum videri possit, supra monstravimus. Itaque hoc ac Logica, ut indicatum, reposito, procedamus iam cum Aristotele ad librum metaph. *E*, a quo quasi altera pars operis *περὶ τῆς πρώτης φιλοσοφίας* initium sumit. Retractat in eo breviter primam et suo more, quae de ratione summae philosophiae praecedente libro quaesita sunt, eaque magis etiam, et denuo cum respectu libri *A*, illustrat. Tum vero a cap. 2. pergat ad novam disquisitionem *περὶ τοῦ ὄντος*, insistensque vestigiis capitum 7 et 8 libri *K*, prae ceteris enucleatius hic exponit τὸ ὡς συμβεβηκός, καὶ τὸ ὡς ἀληθὲς ὄν, ostenditque, haec duo genera τοῦ ὄντος minus attinere ad rationem primae philosophiae, provideque discernendas esse ἀπὸ τοῦ ἔξω καὶ κυρίως ὄντος, cuius principia et rationes proprie ac potissimum iam speculationem philosophi sibi deprecant. Ac ens quidem illud per accidens nullam omnino ait praebere scientiam: alterum vero illud ens logicum, de quo deinceps sit acturus, adsciscendum utique saepius fore ad meliorem τοῦ κυρίως ὄντος cognitionem. Sed ecce

tibi magnum mendum! finalia capituli 3ⁱⁱ verba, quae commodissime coeunt cum verbis post hodiernum initium libri Z sequentibus, *σημαίνει γὰρ τὸ μὲν τί ἐστὶ* etc. abrupta sunt inepte interpositis aliis, a quibus initium novi libri fieri voluit is, qui prius librum A inseruerat. His abiectis, et iunctura vera atque antiqua restituta, videbis esse non separatam librum E, sed coniungi debere cum parte libri Z, eoque modo, ut ostendemus, efficere librum integrum, quem iam rectius totius operis quartum, numerabimus. Ingreditur vero a laudatis Z, 1., itaque, ut docui, cum E sine connexis verbis Aristoteles protinus in propositam sibi substantiae, quam *οὐσίαν* dicit, solertissimam contemplationem, eique, ut promiserat, adiungit passim veritatis logicae examen profundius, quam id in Analyticis libris prius exsecutus erat. Hinc liber iste maximi momenti est censendus, in quo, quae olim liber K, nempe de Philosophia secundus, transierat, quaeque in fine libri primi Acroaseos phys. *περὶ τῆς κατὰ τὸ εἶδος ἀρχῆς* promissa tantum erant, nunc sollicitè traduntur. Post logicam universalemque *τῆς οὐσίας* analysis, a Z, 7. sequitur iam specialis consideratio disquisitioneque substantiae naturalis, quae gignitur, artificialis, quae arte fit, eiusque, quam *ἀπὸ τοῦ ἀτυχεύματος*, i. e. fortuitam dicit; atque in hac parte videsis, quam subtiliter, et tamen dilucide, tibi nunc explicentur, quae compendiosius olim et propterea obscurius in libro K proposita erant. Ac etiamsi postea his dilatandis ultro etiam Aristoteles libros physicae Acroaseos tertium et deinde quintum destinaverat, tamen observabis ibi eum, ut par erat, Physicum agere potissimum, hic autem, ut ipse in fine huius libri, nempe Z, 11. prodit, de eisdem rebus esse demum verum et supremum Philosophum, dum naturae artisque prima initia et causas tractat, examinatque

propius τὴν ὕλην, τὸ εἶδος, τὴν ἀτέρησιν, atque ex hinc τὴν γενέσιν penitus perscrutatur et explorat. Nihil autem, meo quidem iudicio, in hoc tractatu toto magis admirabile, quam illa versatilis circumspexio auctoris, qua, dum res ipsas scrutatur, logicam simul rationem illustrat ac corroborat, simulque passim et ubique Platonicas ideas impugnat atque exturbat. Verum, ut paulo ante indicavi, finitur liber iste, quem totius πραγματικῆς quartum fecimus, in Z, 11. verba: ἐπὶ δὲ τῶν ὀρισμῶν, πᾶς μέρη τὰ ἐν τῷ λόγῳ, καὶ διὰ τί εἰς λόγος ὁ ὀρισμὸς (δῆλον γὰρ ὅτι τὸ πρᾶγμα ἐν· τὸ δὲ πρᾶγμα τινὶ ἐν, μέρη γε ἔχον) σκεπτέον ὑστερόν. A sequentibus igitur: Τί μὲν οὖν ἐστὶ τὸ τί ἦν εἶναι etc. scito novam et quidem quintum ordiri librum (plures enim, itaque binos saltem λόγους se περὶ τῆς οὐσίας scripsisse Aristoteles ipse in seriore libro Θ, 8. testatur) utque prior nobis constabat ex E et parte libri Z, ita hunc puta ex reliquo Z coniuncto cum H constare.

In hoc ergo quinto libro primum Aristoteles pro more paucis recolligit, quae in libro praecedente sunt tractata. Deinde pergit a Z, 12. ad novam Analyticae doctrinae suae ditationem, dum explicat, cur definitum sit unum, cuius ratio definitio est; non multa? inquitque id in definitis ex divisione secundum genus et differentias: ab eoque nunc ordine transit cap. 13. ad considerationem τῶν καθόλου i. e. conceptuum universalium, quaerens, num in his substantia consistat, nec ne? idque ipsam in dubio hic relinquens, suspensum lectorem tenet in finem libri, et vel usque in libros sequentes. Illud modo non praeterit, quod nunquam obviam habet, quin impugnet, ideas inquam, quas cap. 14. sugillat. Restabat ex quatuor illis, in quibus οὐσία quaeritur, τὸ σύνολον i. e. ex materia et forma unitum totum, cuius brevis contemplatio cap. 15.,

non sine iterata idearum Platoniarum oppugnatione peragitur. Quibus ex omnibus denique cap. 16. colligitur, praeter τὸ εἶδος i. e. formam, quae ratione saltem separabilis, ceterorum nihil ad οὐσίαν i. e. substantiam posse referri: ac ne formam quidem per se esse substantiam; sed novam viam esse ingrediendam ad inveniendum aliud quiddam ποιῆσαν, quod materiam formae coniunxerit. Itaque a cap. 17. via haec designatur; brevique tantum et ad finem totius quaestionis tendente in H, 1. (qui liber, ut dixi, cum parte libri Z est connectendus) recollectione priorum, ex quibus sequentia deduci et concludi debent, interposita, insistitur novum iter, Peripateticae philosophiae proprium, quo pateat, in physicis generationisque et corruptioni subiectis entibus quomodo ad τὸ δυνάμει ὄν accersendum necessario sit τὸ ἐνεργεῖα ὄν, ut causa unionis, generationis, mutationisque omnis, idque iam accuratius exponitur, cumque reductione ad numerum Pythagoreorum et Platonis comparatur: tum vero ostenditur, in quibusdam physicis, sed perpetuis substantiis, ne omnino quidem sic, ut in aliis, accipiendam esse ὕλην, sed fortasse tantum κατὰ τόπον κίνητην: ab his denique porro differre meras, absque omni sive sensibili sive cogitabili materia existentes actutum substantias singulares. Atque hinc refutatur tandem Platonica illa τὸν ὄντων insufficientis μεθεξίς; et definitorum adstruitur necessaria unitas, huiusque in physicis substantiis unitatis unionisque ratio asseritur non in alio esse quaerenda, quam si quid existat ὡς κίνησαν ἐκ δυνάμειως εἰς ἐνεργεῖαν, quo Aristotelem, tametsi in physicis substantiis τὴν φύσιν nominat τὸ αἰτιον, tamen nil aliud inquirere credimus; quam vim divinam procreatricem rerum conservatricemque; quamvis eam adhuc obscurius significet. Nam in fine huius libri, repetito declarat, ultimam materiam et for-

nam idem esse, ac unum, hoc quidem potentia, illud vero actu; perinde simile esse, quaerere, quae unitatis, et, quae unio- nis sit causa; unum enim, quiddam esse unumquodque; et quod potentia, et quod actu, unum quodammodo. Quare nullam aliam causam esse, nisi si quid fuerit, tanquam ex potentia in actum movens. Pedentiam sic Aristoteles lectorem suum a consideratione substantiae physicae, quae communiter quidem substantia dicitur, non tamen omnino est, ad contemplationem substantiae verae perducit. Quae doctrina cum in duobus *περὶ τοῦ ὄντος καὶ περὶ τῆς οὐσίας* libris, quos hactenus percensuimus, coepta deductaque sit ad certum quoddam momentum, in sequenti, ut videmus, operis parte perficietur.

Sequitur autem, quasi tertiam operis partem exordians iam apposite liber Θ, quem sextum ordine numeramus. In hoc Aristoteles, paucis primum more consueto praemissis, quibus eorum, quae nunc sit traditurus, nexum cum praecedentibus proxime duobus libris aperjat, declarat esse sibi propositum, agere disertius *περὶ δυνάμεως καὶ ἐντελεχσίας*, tum vero praecipue *περὶ τῆς ἐντελεχσίας*; unde manifestum, destinatum et hunc librum ad accuratorem expositionem eorum, quae in libra olim de Philosophia secundo, nempe K, inde a cap. 9. minus perspicue prolata erant. Respicit autem simul Acroasens physicae libros, primum praesertim, tertium, et quintum, quibus adhibita iam summa philosophandi ratione illustrandis, liber iste metaphysicus, ingeniosissime compositus, prae aliis inservit. Exploduntur in eo de- nuo cap. 8. fin. ideae Platonicae otiosae; deducimurque paulatim ad agnitionem substantiae praestantissimae, immutabilis, *ἐνεργεία* i. e. actu existentis, necessariae et optimaе, modusque eius agnitionis ex na-

tura animae. mentisque humanae perspicuus redditur : caque demum occasione capitè postremo, habito respectu antecedentium librorum inde a Γ, veritatis logicae cum rerum natura consensus planissime asseritur. Adiunctus denique ab auctore est ad hanc partem perficiendam liber metaph. I., totius operis septimus, in quo τῶν ἐνός profundior consideratio, eorumque, quae huic connectuntur, ut *περὶ ταυτοῦ καὶ ἑτέρου, καὶ ὁμοίου καὶ ἀνομοίου, καὶ ταυτότητος καὶ ἐναντιότητος* etc. instituitur, prorsus ut in dubitationibus libro B promissum videbamus, ad quem et praesens liber cap. 2., sicut ad libros quartum et quintum, quos ordinavimus, peculiariter ac diserte respicit. Putes auctorem cum in prioribus libris, tum praecipue in hoc fere solum Analyticam agere; sed latet sub hac forma philosophandi intimior ars, quae dum vocabulorum significatus rimatur et discutit, repente quasi uno ictu, celerique ac improvise impetu res abstrusissimas collustrat: quemadmodum hic fit, cum quaestionem de uno, per omnes significatus unius circumductam, praeter expectationem ad contemplationem interioris naturae τῆς οὐσίας convertit, efficitque, ut cognoscamus, τὸ ἓν non καθόλου i. e. universaliter solum dici, nec eo sensu, quo Pythagorei et Plato utebantur, tanquam substantiam ipsam per se aliquam id accipiendum; sed ὑποκείσθαι τινὰ φύσιν i. e. significari ac denotari eo potius rem unam quandam producentem in quovis genere, atque adeo etiam in substantiis primam ac praestantissimam omnium, ut quae ceteris substantiis, ut una quaeque sit, causa existit, quamque Physici antiquiores quidam; dum *φύσιν*, aut *ἀέρα* aut τὸ *ἄπειρον* perhiberent, habebant magis, quam exprimebant. Qua occasione illud etiam, quod superioribus *περὶ οὐσίας καὶ περὶ τοῦ ἑνός* libris, ut monui, quasi in suspeso relinquebatur ex quaestione, sitne substantia τὸ

καθόλου, καὶ τὸ γένος. nec ne, prorsus dissolvitur, ostenditurque, nullum universale seu commune ipsum per se posse substantiam dici, sed merum κατηγορημα esse. Ex divisione autem ac disquisitione, quae deinceps sequitur; τῶν ἐναντιῶν, καὶ ἀντικείμενων, exque distinctione eorum, quae genere et quae specie differunt, quis putet maximi momenti res ad rationem summae philosophiae posse redire? Et tamen ita est. Deducimur enim hac via cum ad alia multa gravioris in philosophia momenti discernenda, quae sub multiplici vocum tritissimarum significatu continentur, tum circa finem ad generis discrimen inter τὸ φθαρτὸν et τὸ ἀφθαρτὸν perspicendum, ex quo denuo ideae Platonicae conculcantur. Itaque satis patet, et hunc librum locum suum pulchre defendere. Docui enim supra, ex propositis in libro B praeviis ἀποριῶν disceptationibus, ad quas deinceps ab auctore perpetuo respicitur, authenticam ac fere etiam ordinem sequentium operis περὶ τῆς πρώτης φιλοσοφίας librorum, quos Aristoteles in locum libri secundi περὶ φιλοσοφίας substituit, atque inter primum et tertium operis quondam illius collocavit, satis accurate posse diiudicari. Ceterum quivis advertet, hunc quoque librum I., quem ostendimus cum praecedente quasi tertiam totius operis partem absolvere, non nisi latius ac dilucidius explicare quaedam, quae brevius olim ac obscurius in libro K, i. e. de philosophia secundo capitibus postremis comprehendebantur.

Restat, ut libris metaph. M et N diligenter perspectis locum suum in opere de prima philosophia assignemus, quos, ut vidimus, Sam. Petitus voluerat esse priores duos operis περὶ φιλοσοφίας. Contineri his non iam, ut in libro A, potissimum historiam enatarum de Numeris ceterisque mathematicis entibus Idæisque opinionum, quas Pythagorei

et post illos Plato amplexi sunt, sed potius earum theoreticam ac methodicam crisin et refutationem, dictum est superius. Scripserat Aristoteles aliquanto prius iam singulares libros de Idea et de Monade, quos Diogenes sub N. 54 et 100. memorat, unde facile quis suspicetur, hos esse eosdem cum metaphysicis *M* et *N*, modo paulum inmutatos et operi de prima philosophia accommodatos. Verum nec ista quidem opinio prorsus consistere potest, siquidem, quod Aristoteles ipse *M*, 1. claris verbis prodere videtur, liber ille, quem de Ideis ediderat, exotericus fuit, cum, quae in metaphysicis libris *M* et *N* leguntur, certe acroamatica sint. Accedit, quod Aristotelem in ethicis quoque operibus, et in singulis, fere metaphysicis libris, quos hactenus recensuimus, impugnare perpetuo ac omni occasione Ideas et Mathematicas illas separatas substantias observamus; qua in velitatione et pugna certe subtilissima efficacissimaque argumenta contra fictas illas species primum ab eo detecta, et sigillatim in lucem prolata, nullibi tamen coniunctim et quasi una acie, qualem in libris *M* et *N* conspicimus, ad certamen producta sunt. Nunc enim demum illi tempus adesse videbatur, quo de rerum summa, de aris et focis decertandum ac depugnandum foret. Itaque non satis fuit, debilaterata illa ex libellis diu iam invulgatis, quasi recoctam cramben hic in medium afferre; sed videtur mihi ad dignoscendum habitum et locam librorum *M* et *N* in opere *περὶ τῶν πρώτων* media quaedam explicandi negotii via esse insistenda. Scripserat Aristoteles haud dubie prius libros de Idea et de Monade, ex quibus, partim ad ethicos suos libros, partim cum de prima philosophia scriberet, multa desumpsit, plura tamen in hac materia, et quidem potiora ac subtiliora quaeque ad priora etiam adinvent, excogitavit, et in decretorium contra Platonicas

δόξας certamen sibi reservavit. Nunc ex cunctis istis, delectu habito, et methodo seu arte constituta, enati sunt illi duo, quos videmus, libri multo pretiosissimi, quos nobis iam in anteriore libro *H.* 1. quasi libri huius operis quinti partem ostendimus, praemiserat verbis: *περὶ δὲ τῶν ἰδεῶν καὶ τῶν μαθηματικῶν ὑστερον ἀκαπτέον.* Atque praeponit hos, in quibus Pythagoreorum et Platonica summa philosophia versabatur, consulto, ut existimem, theoriae suae de summo principio, quae libro *A.* olim de philosophia tertio, nunc operis de prima philosophia postremo, concluditur, quo facilius lectores, cum viderent infirmitatem doctrinae de Ideis et mathematicis entibus, ex opposito conspicerent stabilitatem multo certiore philosophiae Peripateticae, eique se potius in summis scientiae δόγμασι addicerent. Efficiunt ergo libri *M.* *N.* *A.* sic compositi, quasi quartam seu ultimam partem operis *περὶ τῆς πρώτης φιλοσοφίας*, prioribusque constructis apte partibus praestantissimi aedificii colophonem quodammodo imponunt.

Consentit cum hac nostra hypothese ipsa librorum, de quibus nunc agimus, conformatio. Prodit enim statim exordium libri *M.* quem iam totius operis οὐκ αὖ μὴ nuncupare possumus, curasse auctorem in elaboratione huius novissimae partis, ut ea cum antecedentibus manifesta iunctura consociaretur. Propterea, cum hactenus potissimum de substantiis physica disquisitum fuerit, id ipsum indicat dicens, se *περὶ τῆς τῶν αἰσθητῶν οὐσίας* primum quidem in tractatione Physicae *περὶ τῆς ὕλης*, postea vero, i. e. in his, quae de prima philosophia iam iam praecesserunt, *περὶ τῆς κατ' ἐνεργείαν ἐγίσεως*: nunc autem velle se inquirere, *πότερόν ἐστί, τίς παρὰ τὰς αἰσθητὰς οὐσίας ἀκίνητος καὶ αἰδίας, ἢ οὐκ ἔστι καὶ εἰ ἔστι, τίς ἐστί.* Atque ita, cum duae opinionnes tum maxime regnarent, quarum altera ipsa Ma-

thematica substantias tales asserebat, ut Numeros, Lineas et quae his eiusdem generis sunt, altera praeter haec Ideas tuebatur, ingreditur in discussionem opinionum istarum, quas convenienter ante secernit, suumque perinde tractatum in tres partes dividit. De Ideis memorabile est, quod ait, velle se ἀπλῶς, καὶ ὅσον νόμον χάριν agere, quo verbo respicere mihi videtur, quae Ethic. Nicom. I., 6. legimus, ἀμφοῖν γὰρ ὄντων φίλοι, ὅσιον προτιμᾶν τὴν ἀλήθειαν. Quod ἀπλῶς se dicturum ait, rationem addidit; quoniam multa de his in exotericis sermonibus (quibus, ut supra indicavi, et libros de Idea et de Monade accensuerim) decantata sint. Finitur autem exordium, quantum equidem iudico, in verba, αὐτὴ λείπεται τρίτη σκέψις. A sequentibus ergo initium capitis 2. faciendum: atque in hoc statim vidēs respicere Aristotelem ad libri B, 2. verba, unde non modo iterato patet, hunc tractatum ex ordinatione auctoris partem operis de prima philosophia esse, sed confirmatur etiam, a libro B pendere fere ordinem ceterorum omnium huius operis, ut id restituumus. Quinetiam plures in hoc tractatu respiciuntur προδιαπορήσεις libri B, ut in eodem capite laudato paulo inferius; tum cap. 3., ubi mathematicarum scientiarum honor vindicatur. Nunc, quae aliquanto superitis, de libro A agentes, distulimus in commodiorem locum, dicamus. Attinent ista textus partem sat magnam in libri M capite 4 et 5. de Ideis agentem, et consentientem fere ad verbum cum textu libri A, 7. nisi quod in M, 4. fin. pauca addita leguntur. Dubitet nempe aliquis, an ista ab Aristotele ipso binis in libris ita paene ad verbum perscripta sint? et me quoque tempore aliquanto dubium tenere, praesertim quod videbam pergere auctorem M, 6. verbis, Ἐπεὶ δὲ διώρισται περὶ τούτων, quibus quasi se ipsum revocat a repetendis, quae olim in libro A scripsisset, cui haec

et magis, ut supra monui, conveniebant. Attamen illa ipsa verba, si recte aestimes, probare possunt, Aristotelem repetiisse de industria quaedam ex libro *A*, ut lectorem anteriorum omnium commoveret, quae adversus Ideas tot locis prolata sunt. Itaque cum se deinde interrumpere, et revocare, et ceteris superseedere videtur, hac reticentia se vera cuncta repetit ante dicta: nec videtur mihi praestari ratio sufficiens, cur adversus illam repetitionem magnopere insurgamus, si reputetur, quam religiosum ac sanctum Aristoteli fuerit, contra Ideas Platonicas decertare; et nimietate potius in tali re, quam parsimonia peccare. Vertebarur enim in hoc omne momentum sanibris philosophiae suae. Estque, quod in Aristotele hic revereamur, cum videmus illum veritati propugnantem, nullibi tamen iniuriosum fieri in personas, quod vel huius libri prooemium abunde testificatur: est quod imitemur, cum non modo illis temporibus fragmenta pro veritate in philosophiam invecta sint, quae aliquantis per illectas irretitasque hominum mentes detinuerunt, sed hanc sortem inde per omne aevum passim experta sit philosophia, inque posterum sit expertura. Sed redeamus, unde paulum digressi sumus. Exactis huius tractatus duabus partibus, tertiae dimidium, quo quaeritur, an Numeri *εἰδηκοί* substantiae separatae esse possint, ac entium causae? inde capite 6to ad libri finem summum etiam acumine pertexitur. Clauditur autem liber *M*, si me audis, in verbis capitis noni, *περὶ δὲ τὸ πεισθῆναι μὴ πεπειρασμένους, οὐδὲν μᾶλλον*. A sequentibus igitur, quae novum quasi prooemium habent, ordiendus iam liber *N*, nobis totius operis nonus, in quo non modo alterum tertiae partis dimidium, quaerens, num Ideas sint substantiae separabiles rerumque initia et causae? absolvitur, sed praeterea etiam antiquiorum et Platonis scita, quae, sicut phy-

sicas, ita et primas seu immobiles substantias a principis contrariis derivant, et de quibus iam in libro *A*. praedubitata quaedam erant, refutantur. Exhinc denique revertitur auctor ad postremam huius tractatus particulam residuam, quae *Numero* ceteraque mathematica a suprema substantia ardet, reliquaque cum hac quaestione coniuncta non sine salis ac ironias condimento componit. Ne vero dubites de iusta huius libri collocatione, Aristoteles ipse prospexit, ablegans lectorem capite, ut haecenus habemus, libri *M*, 10, et dein *N*, 1 et 2, ad anteriores de prima philosophia libros. Cum autem illico post verum initium huius libri, ut id a *M*, 9, verbis, *Περὶ δὲ τῶν πρώτων ἀρχῶν καὶ τῶν πρώτων αἰτίων καὶ στοιχείων* etc. ostendimus, explicans originem vitiositatis in Ideis Platoniceis, infert, *τοῦτο δὲ, ὥσπερ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν ἐλέγομεν, ἐκίνησε μὲν Σωκράτης* etc., quibus ad *M*, 4, remittimur, ecce! ipse separat et distinguit quodammodo libros *M* et *N*, ita, ut docui esse in posterum distinguendos, quod antiquiores librarii et editores non observarunt. Aut enim ex verbis *ἐν τοῖς ἔμπροσθεν* sciendi hi libri, aut separandi. Sed potius separandi, convenientius tamen, quam adhuc factum: inepta enim vulgata distinctio.

Straxerat sibi viam Aristoteles inde iam a capite 4to libri *N* ad ea, quae libro *A*, olim de philosophia tertio, nunc operis *περὶ τῆς πρώτης φιλοσοφίας* dācimus seu postremo, ut summa et eminentissima omnis philosophiae tractantur. Sed deprehendi hoc experimento, id est, legendo et contemplando oportet) alloqui frustra haec loquimur tantum, quae, nisi meditantur cum Aristotele, non sentit. Quam ardua sit menti humanae cognitio divini numinis, praesertim manca philosophia, qualis illa Pythagoreorum seu Italicorum fuit, imbutae atque obumbratae, nemo fortasse inter veteres acrius vidit, quam Aristoteles.

Hinc praeter Logicae et Dialecticae novam quodammodo ac vere organicam constructionem, praeterque Ethicorum firmiorem rationem constitutam, necessarium erat Physicam quasi novam scientiam moliri, huiusque rationibus denique superstruere philosophiam sublimiorem, verioremq; theologiam. Quae cum Aristoteles operibus suis pro temperum illorum genio felicissime praestitisset, mutata a se in melius longeque praestantius quiddam esse philosophiae ac theologiae formam, testatum praecipue hoc opere maiore et pleniore *περὶ τῶν πρώτων* voluit, quod illi, ut ostendimus, paulatim, auctis suis *περὶ φιλοσοφίας* prius compositis libris, aliisque atque aliis in locum sepositi libri secundi substitutis, postremo ad decem libros excrevit, quos metaphysicos appellavit posteritas, quorumque postremum nunc inspicimus. In eo igitur mirum nobis iam non fuerit, auctorem curasse, ut primis quinque capitibus quasi *ἀνακεφαλαίωσις* potissimorum, quae praecedentibus libris tractata sunt, sisteretur. Nec tamen illa mera est, ac simplex *ἀνακεφαλαίωσις*, sed ex qua in sublimiorem quasi locum sublatum te sentias, unde inferiora quaeque non modo visu facile comprehendas, verum prospicias etiam, quibus ex altioribus semperque paucioribus pendeant, donec ex uno cuncta tuearis. Pedetentim ille sic ac breviter, quae perceptioni doctrinae suae obstare adhuc videantur, remonet, a physicis rerum sensibiliū elementis, causis, et principiis proximis procedens, donec ad illud remotum a sensibus rerumque omnium primum, absolutum, per se necessarium ac optimum sanctissimumque numen, quem Deum vocat, perveniat, efficitque apud lectores suos, ut, quod operis initio *A, 2. fin.* promiserat, attenita quadam rerum stupidaque miratione liberati fateantur, caecutisse se in sole, ut qui originem fontemque rerum et rectorem mundi summum,

ultra se non perversis hominum mentibus insinuantem, minime agnoverint, cum tamen attingentibus eum facile pateat, absque illo nihil omnino fuisse futurum, quoniam cuncta ab uno summo proficisci profectaque esse necesse sit. Verum de hoc libro cum satis ante iam dictum sit, dum illum tanquam de philosophia tertium considerarem, pauca tantum prioribus hoc loco adstruenda videntur, ex quibus perspicue redeat, illum etiam maioris *περὶ τῆς πρώτης φιλοσοφίας* operis finalem ab auctore esse collocatum. Vidimus supra, Aristotelem nobis *Acroas. phys. I. fin.* primam spem operis *περὶ τῆς πρώτης φιλοσοφίας* inicisse. Eam nutrit adhuc in libro *Auscult. phys. VIII., 1.*, quem nos de *Coelo I et II.* fecimus, cum ait, disquisitionem de motu perpetuo non modo conferre ad contemplationem et scientiam naturae, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὴν μέθοδον τὴν περὶ τῆς ἀρχῆς τῆς πρώτης. In libro deinde, ut adhuc habetur; de *Coelo I., 8.*, ut nos loqueremur *III., 8.*, iam vides illum ad solvendam quaestionem, an plures sint coeli? scribere: *ἔτι δὲ καὶ διὰ τῶν ἐκ τῆς πρώτης φιλοσοφίας λόγων δευδεῖν ἂν, καὶ ἐκ τῆς κύκλω κινήσεως, ἣν ἀναγκαῖον αἰετὶ ὁμοίως ἐνταῦθα εἶναι, καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις κόσμοις,* quibus aperte transmitteris ad librum *metaph. A*, in quo cap. 8. eadem quaestio tractatur, quamvis id Buhlius non viderit, negaveritque prorsus in metaphysicis libris tale quidquam reperiri. Sed sunt fere Buhlii iudicia de horum librorum plerisque, quos reprobabat, praepostera. Scito itaque, tractari hoc in libro *A*, ad quem hic ablegaris; unde manifestum, Aristotelem tum, cum libros de *Coelo* scriberet, iam et libros de prima philosophia ita disposuisse, ut liber *A*, olim tertius de philosophia, nunc operis maioris postremus fieret. Erat autem in huius operis perfectione porro occupatus, cum libros *περὶ*

στοιχείων scriberet, in quorum secundo, seu ut ad huc habetur, de Generatione et Corrupt. primo cap. 3. legimus: τούτων δὲ περὶ μὴν τῆς ἀκινήτου ἀρχῆς, τῆς ἐτέρας καὶ προτέρας διελεῖν ἔστι φιλοσοφίας. Denique in libro περὶ τῆς κοινῆς τῶν ζώων κινήσεως cap. 6. clarissimis verbis, διώρισται [πρότερον] ἐν τοῖς περὶ τῆς πρώτης φιλοσοφίας, legimus absolutum iam opus de prima philosophia. Ita nobis huius operis historiam auctor ipse quodammodo professus est. Connexuisse autem auctorem librum A in hoc opere prioribus, cum partim iam viderimus, mox amplius cognoscemus. Locus est apprimè notabilis cap. 6., ubi Aristoteles scripsit: τὸ μὲν δὴ δύναμιν οἰεσθαι ἐνεργείας πρότερον εἶναι, ἔστι μὲν ὡς καλῶς, ἔστι δ' ὡς οὐ· εἴρηται δὲ πῶς. Indubitanter horum verborum postrema remittunt nos ad anteriorem operis de prima philosophia librum Θ, nobis sextum, ubi περὶ τῆς ἐνεργείας tractatum scimus. Et tamen hic liber tum nondum videtur fuisse scriptus, cum A ut tertius de philosophia ederet. Itaque apparet, verba illa, εἴρηται δὲ πῶς, serius in hunc librum ab Aristotele esse illata, cum eum in opere de prima philosophia postremum constitueret, talique citatione libris anterioribus conexum ostendere vellet. Nam ut in libro de philosophia tertio verba illa nullum haberent respectum, cum in K, quem secundum de philosophia agnoscimus, agatur quidem etiam περὶ ἐνεργείας, non tamen id tangatur, cuius hic quaestio. Simul autem ex hoc loco probatur, Aristotelem in libro primo et tertio de philosophia, cum eos operi ampliori de prima philosophia adaptaret, utique pauca quaedam addidisse et fortasse etiam immutasse. Non tamen propterea crediderim tantas in illis libris, et praesertim in libro A factas esse mutationes, ut non cuncta, quae apud Cicero-

nem Velleius ex hoc libro affert, in eo, ut hodie legitur, quaeri possint, quemadmodum id supra, ubi de libris *περὶ φιλοσοφίας* discernendis egimus, ostensum est. Concluditur liber A in quaestionis solutione, quomodo naturae universae τὸ ἀγαθὸν καὶ τὸ ἄριστον comparatum esse censi debeat? Et in hac quoque quaestionis tractatione non modo plura ad anteriores primae philosophiae libros, sub monitione etiam, τοῦτο δ' εἴρηται ὡς, respiciunt, de quibus idem, quod ante dictum, valet; sed nonnulla quoque aperte, ut: ἡμῶν δὲ λέγεται τοῦτο ἐν λόγῳ, τῷ τρίτον τι εἶναι referuntur ad Acroaseos phys. librum primum: unde confirmatur, quod supra indicavimus, cum libris de philosophia tempore fere eodem ab Aristotele editum esse illum *περὶ φύσεως* librum. Exacta igitur in hunc modum lustratione librorum Aristotelis metaphysicorum, credo in posterum aliter, ac adhuc factum, de illis indicabitur. Parum enim aberat, quin retentius aevum in illis diiudicandis Plutarchi sententiam prorsus amplecteretur, temerariisque librorum exclusionibus et permutationibus faciem praestantissimorum celebratissimorumque duorum, quae in iis continentur, operum penitus offuscaret, oblivionique traderet. Ac videtur iam antiquitas plerosque huius operis accessorios libros, ut ex Diogenis indice N. 49. concludere licet, etiam Analyticis prioribus accensuisse, cui errori absit, ut subscribamus. Liberum iam nobis erit, quod fortasse et voluit Aristoteles, vel separare ex his opus de philosophia, ceterisque libris velut eiusdem commentariis uti, vel reposito eius libro secundo congregare ceteros omnes, ut monstratum est, in iustius ac perfectius opus de prima seu suprema philosophia. Patet etiam, ipsum auctorem locasse posterius horum operum post cunctos suos physicos libros quasi peculiarem *πραγματείαν*. Nam ad id penitus intelligendum cum prio-

res ferme omnes *πραγματεῖαι* conferant, tum praecipue physica illa tota requiritur, ad quam et lectores quos scriptor, iam citandi planis formulis, iam ipsis rebus, quae tractantur, ut plurimum remittit. Non igitur temere his libris veteres locum cum inscriptione τὰ μετὰ τὰ φυσικά assignarunt, modo feliciores in coordinandis distinguendisque eis fuissent. Sed ne de hoc quidem vitio amplius conqueri nos cum illis aequum fuerit, cum videamus illos id saltem cura sua praestitisse, ut nobis de toto opere nihil, quod quidem evidenter sentiamus, deperditum sit.

De libro illo singulari, qui Aristotelis *Metaphysicis* sub Theophrasti nomine, cui eum Nicolaus Damascenus adiudicavit, coniungi solet, quamquam superius nostram opinionem fere iam indicavimus, tamen poscere locus et res videtur, ut paulo aperitius dicamus. Est hic liber profecto ita comparatus, ut, sive rei tractationem, sive stilum aestimes, difficile sit dicere, Aristotelicae magis an Theophrasto adscribi debeat. Illud clarum, utricumque adiudicetur, non esse eum neque per se iustum ac perfectum opus, neque operis initium aut partem, sed praeviam commentationem et quasi typum iusti operis, quod titulum primis verbis luculenter indicatum mereatur, *Θεωρία ὑπὲρ τῶν πρώτων*. Debet autem ita consideratus libellus tanto maioris apud nos esse pretii, quod auctorem quasi in ipsa operis meditatione secum deliberantem et probatissima eligentem nobis ante oculos sistit, qua in opera minimum *γίγαντιας* aut simulationis intervenire solet. Respondet hypothesei nostrae ipsa commentationis, quae in hoc libello instituitur, conformatio. Quippe singulis propositis ordine quaestionibus distinguuntur meditationis partes, peragunturque strictim; addubitatur, dissolvitur dubium. Cum autem fere in hoc scripto obvieniunt ab iis incipient, in quae Aristotelis opus *περὶ τῆς πρώ-*

της φιλοσοφίας desinebat, quaeraturque potissimum Aristotelicae doctrinae per haec quasi consolidatio, firmitiorque quaedam constitutio, ampliatio quoque in eis, quae ad explicandam τὴν ἔφρασιν requiri videntur, cumque prodatur auctor insignem naturalis historiae peritiam, qua circa finem libelli quaestionem ὑπερ τοῦ πάνθ' ἐνεκά του, καὶ μηδὲν μάτην discutit; ad haec cum reputem insuper, Aristotelem dilectissimo e suis discipulis sine dubio perfectionem praestantissimi operis sui imprimis commendasse, pronum me esse fateor in sententiam Nicolai Damasceni, credoque Theophrastum esse verum commentationis istius auctorem, existimoque in ea nobis typum exhiberi maioris operis Theophrastei περὶ τῶν πρώτων, quod nobis deperditum a veteribus laudatur. Videtur id ad similitudinem quandam operis Aristotelei efformatum fuisse. Egerat enim in eo Theophrastus, ut ex libelli nostri, cap. 8. perspicimus, ubi pro τὸ δεῖν haud dubie legendum τὸ δ' εἶδέναι, de cognitionis natura, et fortasse initio operis, sicut Aristotelem in libro A prooemiantem habemus, antequam ad rem propositam transiret. Atque utinam libellus iste melius conservatus ad nos pervenisset! Est enim plenus vitiorum, haudquaquam, si erudita manus accedat, insanabilium. Meretur autem, ut adhuc factum, ad calcem Aristotelis impressus conservari, quoniam, ut supra memoravi, non pauca in eo obveniunt, quibus Aristotelis theoria de Deo quodammodo expletur.

Opera Stagiritae nostri secundum πραγματειῶν ordinem cohaerentia, et maximam partem tota atque absoluta, haec sunt. Nec erit difficile secundum expositionem nostram, ab iis, quae nobis deperierunt, secernere, quae nacti sumus, inque edendis his ordinem praemonstratum servare. Sequuntur alia, partim hypomnematica, partim, quae cum olim ad iusta syntagmata pertinuisent, nunc fragmentaria tan-

tum supersunt. Ea cum peculiarem quasi residuorum congeriem efficiunt, merentur tamen in posterum eodem ordine disponi, quo *πραγματειας* produximus, quo facilius eorum usus reddatur. Itaque ad poeticam philosophiam seu artium tractationem accenseamus Quaestionum mechanicarum librum, de quo superius diximus. Ad practicam et politicam philosophiam pertinent Oeconomicorum libri duo, de quibus item superius actum. Ad physicam et mathematicam philosophiam Auscultationum mirabilium liber, qui quamvis vel post Animalium historiam, ubi magna deperditorum lacuna, ut monui, inseri posset, tamen, quia non omnino certum, sicne liber iste ab Aristotele conscriptus, an ab alia manu ex Aristotelis scriptis confectus sit, separandus potius videtur. Porro Physiognomica libellus, siquidem is est, quem Diogenes sub N. 108. *φυσιογνωμονικὸν* adducit. Tum vero de lineis insecabilibus fragmentum, et *περὶ ἀκουσῶν* i. e. de audibilibus, et *περὶ πνεύματος* i. e. de spiritu, de quo supra iam dictum. Nam quod praeterea habetur de coloribus, aliaque fragmenta ad rem medicam spectantia, sicut liber *περὶ τοῦ μὴ γεννῆν*, locum suum a nobis convenientem iam acceperunt in ipsis operibus. Ad physicam denique communiter et primam philosophiam spectant de Xenophane (rectius Melisso), Zenone, et Gorgia superstites particulae. Amplam reliquiarum partem constituunt Problematum, quas numeramus sectiones triginta octo, quibus ex parte respondent Diogenis N. 120 et 123, quarumque aptior digestio utique etiam secundum *πραγματειῶν* ordinem institui mereatur. Accedant tandem incertorum scriptorum, et epistolarum, quae feruntur, paucaeque Poëmatum Aristotelis reliquiae, ex illis, quae Diogenes sub N. 144 et 145. commemorat.

Secernenda ab his mihi videntur, quae feruntur quidem sub Aristotelis nomine, scripta, non tamen ipsius sunt, cuiusmodi est opusculum *περὶ κόσμου*, i. e. de mundo, aliaque complura partim physica, partim theologica, quae dudum iam spuria sunt declarata.

Quantum nos in omni hac censura Diogenis index, quamvis confusissimus, tamen origine eius probe intellecta utilissimus, et antiquitatis auctoritate ceteris cunctis, quos accepimus, indicibus librorum Aristotelis praepollens, adiuverit, facile nunc credo mecum omnes recte aestimabunt. Debetur ille fortasse non uni tantum, ut Alexandrinae, sed pluribus bibliothecis a Diogene lustratis, inspectisque praeterea potissimis de vita et libris Aristotelis scriptoribus. Docuit nos insuper comparatio eius cum indice haud paulo iuniore illo, et maximam partem ex Diogene descripto, quem Anonymo Menagii acceptum ferimus, sicut cum Casirii bibliotheca Arabico-Hisp., non inutiles quidem ad historiam librorum Aristotelis esse hos posteriores catalogos, quoniam nobis seriora quaedam aliquot operum fata et mutationes ex illis clarescunt, nihil tamen per hos derogari indici Diogeniano, ut qui eos non modo aetate, sed auctoris etiam in re Graecorum literaria largiore doctrina longe superet.

Erat mihi in animo post haec denuo ex ordine, quem verum monstravi, percurrere *πραγματειῶν* omnium, quos nacti sumus, libros, ex iisque enotare cunctas auctoris citationes, in quibus certis formulis suis uti solet, quo evidentius ex his quoque appareret, voluisse eum hoc ordine sua opera legi. Sed video iam, posse me huic labori supersedere; partim quod alii, ac imprimis Franc. Patritius, quamvis non exactissime, attamen non indiligenter, operam istam praestiterunt, quorum nunc facile vitia commissae cor-

rigi possunt, quae ex praecepto alio systemate operum Stagiritae nostri originem traxerunt, partim quod una mea, sat multis exemplis per hunc librum probata, asseveratio sufficiet, nullam eiusmodi citationem aut provocationem, exceptis illis, quas ut spurias in Eudemiorum libris supra reiecit, quoniam esse inventuram, quae nostro librorum Aristotelis systemati non prorsus respondeat. Nam etsi de uno alterove opere auctor fortasse optavit, ut illud alternatim, iam ante, iam post alia legeretur, quod imprimis de Rhetorica suspicemus; tamen illi, quam ipse ait esse quasi ex altera parte respondens simulacrum, aut membrum, aut παραρτές τι Dialecticae et Politicae, in operum suorum serie non nisi unum locum potissimum, quem monstravimus, assignare potuit. Quod iudicium et de aliis quibusdam Aristotelis operibus tenendum, quorum ambigua ex re collocatio. Plurimae eius laudationes respiciunt prius edita ab se opera et libros: nonnullae, simul edita aut eodem fere tempore confecta: paucissimae ablegant lectorem ad futura, seu adhuc adicienda opera. Illud in his praeterca tenendum: quoties Aristoteles ait, se de aliqua re in aliis scil. libris seu sermonibus egisse, fere semper aliud opus, ab eo, quod tum maxime tractat, innuit: quoties autem provocat ad aliquid in eodem opere unaque librorum serie contentum, si id praecessit, in prioribus, sin succesurum est, in posterioribus scil. libris aut librorum partibus lectorem quaerere iubet, suntque talia eius monita fere, sicut animadverti potest, ab ultima manu compositrice ac perfectrice profecta. Sed maior citationum pars apud eum non est adeo indefinita, imo plerumque titulus operis, ad quod provocat, additur. Cavendum tamen, ne et in hoc erres, quoniam non raro sua quaedam opera Aristoteles sub pristinis quibusdam inscriptionibus laudat, quas iis

primitus indiderat, quarumque aliquot, ut observavimus, postea in compositione maiorum operum, et vel postremo, cum systema operum suorum omnium adornaret, immutatae sunt.

Est quidem Aristoteles ex iis scriptoribus, quos sententia, inveterata aevo, abstrusos et intellectu perdifficiles declarare solet; nec id abs re omnino: poscit enim sibi lectores intentos, assiduos, et qui sermoni meditationisque eius methodo paulatim adsueveriant. Multa tamen de difficultatibus in eo exantlandis fama in manus extulit. Mira enim orationis eius simplicitas, quam tibi obscuram reddas, si obscuritatem ubique quaeras. Imo in plurimis haud scio, an ullus scriptor in tanta rerum gravitate dilucidior magisque popularis dici possit. Formavit ille sibi quodammodo ipse peculiarem philosophicam dialectum, sed quam propriis libellis exposuit et explicavit, quales sunt *Κατηγορίαι*, et τὰ πολλαχῶς λεγόμενα, et *περὶ ἑρμηνείας*, et fere in cuiusvis artis et scientiae tractatione indiculi, quibus quasi nomenclatoribus in eius *περὶ πάντων* uti possis. Pauca sunt apud eum singularia, sive in verbis, sive in constructione sermonis, quae breviloquentiam summam simplicitati copulant, ut a singulis saepe pronomina aut particulis omnia rei sensus pendeat: verum et his proprietatibus brevi temporis spatio adsuescas. Quocirca mirum esse debet, quod elapsis non adeo multis post eum seculis, quibus Peripatetici posteriores scripta eius commentariis graecis interpretabantur, desierunt Romani graecos eius libros legere, si paucos excipias, desiderabantque latinam aliquam versionem, quam praestare certe multo difficilius erat, quam graecam Aristotelem intelligere. Praestitit eam tandem Severinus Boëthius, non omnium quidem operum, sed tamen, si ipsum id profitentem audias, multorum: verum et simul coactus erat, versionibus suis addere

commentarios. Exhinc in Aristotelem orbis quodammodo divisus apparuit: oriens graeca servabat, occidentens latina, donec Arabes, a Graecis edocti, Stagiritae opera haud satis intellecta transferrent in suam linguam. Ab his denique seriores Latini discebant, et ex malis Arabicis producebant peiora Latina, verbotenus translata, ut nescias, sermonem an sensum barbariorem dicas. Deum immortalem! Quanto aliam faciem oportebat nancisci scholasticam illam philosophiam, per erectas deinceps Universitates regnantem, si doctores, Aristotelicam professi disciplinam, Aristotelem suum graece loquentem legere potuissent. Nam pauci illi per Byzantinum imperium dispersi graeci Aristotelis interpretes, degenerantes et ipsi paulatim a suis maioribus, deformationem ac obliuionem praecceptoris sui avertere parum valebant. Sera tandem Aristoteli sospitatrix accessit typographia, cum literae graecae, quasi emortuae, de integro pacne resuscitandae revocandaeque essent. Obstabat sed iam prava consuetudo latinizantis Peripateticae, seu potius, ex omnibus sectis mixtae, nec ipsam se intelligentis philosophiae, quo minus et tum serio rediretur ad graeca. Itaque imprimebantur quidem Aristotelis opera omnia, sed parum legebantur graece edita: abhorrebant enim omnes a graeco Aristotele, qui ne latinum quidem, multo sibi, ut putabant, proclivorem penetrare valerent. Tracta sic opera Aristotelis graeca in recentissimum aevum, dumque, recentiore philosophiae forma exorta, per aliquantum temporis oblivioni quasi traderentur, repente, comparatis novis illis inventis et suis, ut arbitrabantur, eam Aristotelis genuinis et veteribus per raros aliquot excellentis ingenii graecarumque literarum peritos viros, mirabantur omnes, pleraque nova illa sua quae opinabantur, non esse nova, sed olim ista ex Aristotelo disci potuisse. Inde iam nostra aetas, quam-

vis remotior tempore, re tamen propior Ciceronis, et vel veterum illorum apud Graecos Peripateticorum atque Academicorum aetati, coepit de quo rectius existimare de ingenio philosophiaeque Aristotelis, ita tamen, ut monitore atque exhortatore etiamnum indigeat ad ea, quae post Platonem in Aristotele pulchre coepta sunt, penitus perficienda. Atque utinam studeamus, cum Aristotelis potissimum scriptis probe intellectis atque perceptis coniungere quodam modo in omni philosophia inventa recentiora probataque, efficerique haec via rationem quandam firmiorem ac descriptionem perfectiorem artium scientiarumque omnium sub intuitu philosophiae versantium. Haec illa foret *κρυπτή* universalis, quam mente animaque iam praeeperat suis temporibus Stagiritae noster, quaeque indidit illi, *systema* librorum, quod, quo magis vere agnoscimus, tanto magis admiramur. Non est, credo, quod hodie timeamus, ne nobis repulset iterum scholastica illa medi aevi philosophia, *σοφιστικὴς* quondam, quam tantopere exagitavit Aristoteles, haud dixerim vanior an peior. Sed ut contra eam, si quando excitetur, et contra omnem falsam philosophandi rationem Aristoteleo clypeo muniti simus, oportet nos ante omnia providere, ut multi sint, qui Aristotelem graecum legant, lectumque penitus intelligant.

Atque hoc est, in quod finire iam librum istum, ne modum excedat, volumus. Orandi enim atque obtestandi videntur mihi docti omnes, quae a me de Aristotelis operibus rectius disponendis dicta hic sunt, ut quam solertissime examinent, et si qua minus firma, aut a veritate aberrantia compererint, ea corrigant, melioribus aut veri similioribus in medium allatis; sin in plerisque iudicent me recto calle praecessisse, ne invitum, sed alacres sequantur, perficiantque, ut quam primum honesti solertisque alicuius per

Germaniam bibliopolae industria parabilis, ac quantum fieri potest, emendatam Operum Aristotelis omnium editionem nanciscamur. Cum dico emendatam, non id eo sensu accipi volo, ac si novam, ope codicum adhuc non comparatorum factam recensionem singulorum aut cunctorum operum flagitem, quae res maioris est operae, quam ut modico temporis spatio praestari, non dicam a singulis, sed ne a multis quidem coniunctim possit. Sufficiet interea, graecum Aristotelis textum, nisi ubi recentiores labores castigatius ac tutius quid offerunt, ad exemplar Sylburgianae, aut Casaubonianae, aut etiam Duvallianae prioris editionis, emendate, verum forma octonaria, nec minuto nimis caractere exprimi, absque latina versione et notis. Talis hodie editionis, qua commode quivis eruditorum uti possit, defectu vel potissimum apud nos Aristoteles neglectus iacet. Ac mirabar, cum his decem annis, elapsis tot auctorum Graecorum atque Romanorum editiones, longa serie hic ibi in Germania emissae prodierint, cur nemini in mentem venerit Aristotelis emittendi cogitatio, qui tam diu iam novum editorem desiderat, nec minore, quam alii scriptores, desiderio emetur. Innotuit fama, Immanuelem Bekkerum V. Cl. longiore iam cura agitare editionem Aristotelis, quam uti festinare velit, profecto equidem non unus opto. Quod si quis meam in hoc libro propositam operum Aristotelis descriptionem sequi editor velit, suaserim insuper, ut, quoniam nobis ab initio *προσμικτείας* artium non pauci eius libri deficiunt, in horum quasi supplementum, et aptum Operum omnium exordium, praemitti in fronte Politicorum VII., 17. coniunctum cum VIII., usque ad libri operisque finem, idque sub peculiari inscriptione *περὶ παιδείας*, ut de artibus encyclicis apud Graecos saltem tantula praecedat ex Aristotele doctrina, ex qua ad proximum, quod ha-

bemus opus de arte poëtica deveniatur. Non ultra decem aut duodecim modicis voluminibus includi, mea opinione, totus Aristoteles poterit. Exacta autem eiusmodi editione, facile dein invenientur docti viri, qui ad singula volumina aut opera lectiones varias, quae partim iam hic ibi dispersae habentur, partim ex collatione novorum Codicum prodibunt, colligant, et ad textus meliorem recensioem ac constitutionem adhibeant. Ita proveniet nobis aliquando Aristotelis operum editio, legi criticae in edendis auctoribus veteribus ex omni parte respondens. Plurima adhuc obvenire in textu Aristotelis vitia, experientia edoctus supra iam indicavi: et tamen erant mihi in manibus hactenus impressae magis editiones, quam Codices manu exarati: quid, si horum potissimos, et vel Vindobonenses imprimis, inspicere ac diligenter pervolvere possim, cum ex sola impressorum librorum assidua lectione, quod pace diligentiae priorum editorum dixerim, vel sexcenta menda non minimi sane momenti demonstrare valeam, quibus emendatio lectio ex sola acriore coniectura substitui posset. Adjuvabunt in posterum relecti Graecorum interpretum commentarii: accedent etiam nonnulla ex respectis versionibus latinis vel vetustissimis, vel optimis, quippe quae, ut Theodori Gazae, et Cardinalis Bessarionis, ex Codicibus prodierint. Multa ad faciliorem horum notitiam contulit Buhlius, cui, etsi non praestare unus omnia potuerit, tamen magnae habendae sunt gratiae, quod bene coepit. Quodsi et Philippi et Alexandri regum exemplo, qui Aristotelem viventem tantopere coluere, summorum Principum benevolentia iuverit, mandans, ut in quavis Universitate delectus aliquis doctor scripta Aristotelis graeca publice tractet, legat atque sobrie interpretetur, ita, ut paucorum annorum curriculo vel totus Aristoteles recognoscatur, confido, habiturum Philosophum no-

strum sat multos auditores, qui iuxta cetera studiorum suorum collegia frequentare Aristotelicum illud collegium velint, ex quo non modo graecae linguae exercitationem omnigenam, sed rerum scitu dignissimarum copiam, quibus quasi fundamento superstruere aetatis nostrae artium ac scientiarum augmenta poterunt, sint reportaturi. Enascentur autem ex his ipsis paulatim, qui et textus recensionem indices perfectiorem reddent. Meretur hoc Aristoteles nostris praesertim temporibus, ut eius curam agamus, qui, quantum equidem sapio, ex cunctis, quos servamus, scriptoribus minime sibi, posteritati maxime et patrie unice scripsit.

